

11803654

1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14  
15

B. E. Collegi Sacerdotum ac. Joh  
ADOLPHI ME  
KERCHI BRUGENSIS  
DE VETERI ET RECTA PRO  
nuntiatione linguae Græcæ  
commentarius.


QVID SIGILLATIM HOC LI  
bro tractetur epistolum ad Lectorem indicabit.

ACCESSIT APPENDIX DE GRÆCO-  
rum accentibus, cum scholijs.



BRVGIS FLANDROR  
Excudebat Hubertus Gol

AN. M. D. L X Y.



PHILIPPI Hispaniarum Regis Catholici pri-  
uata lege sanctum est, ne quis typographus  
imprimere , neu quis Bibliopola diuendere  
hunc Adolphi Mickerchi Brugensis Cominentas-  
rium de veteri & recta pronuntiatione linguae Græ-  
& audeat ante sexennium , absque Huberti  
Goltzij consensu . Qui secus faxit, multa illi  
esto confiscationis librorum & viginti Caro-  
linorum. Dat. Bruxellæ viii. kal. Martij  
Anno à Christo nato m. d. LXXXX.

De Langhe.

## LECTORI.

IC non solum candidi Lectori, ex varijs tum au-  
toribus tum linguis certè euincitur, cā qua hodie  
etiam docti vtuntur pronuntiationem maxima ex par-  
te notham , depravatam , & suppositicam esse , neque  
lingue Græcæ descendæ docendæque idoneam: sed eius  
etiam loco vera, germana, incorrupta , & pura puta ve-  
terum Græcorum pronuntiatio ex reliquijs antiquitatis  
& linguis vulgaribus pctita in integrū restituitur. In-  
teriorim tædi leuandi gratia, multa obiter lingue Latine  
populariumque quibus hodie utimur linguarum voca-  
bula in Græcia nata esse demonstrantur, & ad suos fon-  
tes reuocantur: ac de orthographia , etymologia , diales-  
tis, accentibus, vocumque significatione quedam, & s. ev  
τωρόδω, interseruntur , aliaque non pauca cognitione  
dignissima, rerum varietate iucunda , & propter anti-  
quitatem veneranda tractantur. Vale.

Ei γέα τέρπουσιν, δίδομεν γέα σὸν ἐπαλαύα  
Μίζαμεν, ὃς τι γέον καγηγοτάκλαγον ἔχης.

REVE-

REVERENDISSIMO  
NOBILISSIMO QVE FRANCISCO AB HELFAVT, DIVI PETRI IN monte Blandinio Abbatii, primo Gandauenium Episcopo designato, A D O LPHVS MEKERCHVS Brugensis s. d.

X QVO SEMEL, PRÆSVL AM-  
E plissime, in tuam amicitiam rece-  
ptus sum, non desijsti omnibus humanitatis officijs me meosque prosequi, tuoque fauore quantum posses ornare: ita vt vltro etiam Francisco filiolo meo recens nato ad sacram baptismatis fontem nomen tuum indideris. Ac dici certè à me nullo modo potest, quot ve-  
luti vinculis fidem & obseruationem in te meam obstrinxeris. Ut autem foedissimam ingratitudinis notam effugerem, diu inultumque apud me deliberaui, qua potissimum ratione, si non remunerari tanta beneficia, at agnoscere & testificari tuam in me benevolentiam possem. Itaque dum à reipublicæ nostræ Francotanæ negotiis paullulum temporis suffusat, vertendis Græcorum epigrammatis & annotationibus in eadem scribendis subse-

## EPISTOLA

subsecuius horis impedior, schedasque meas situ & puluere obsitas curiosius ex-  
cutio, ecce forte fortuna in manus meas incidit farrago de Veteri & recta pronun-  
tiatione lingue potissimum Græcæ, quam adolescens admodum Louanij in vñis proprios non sine fructu confarcinaram. Eam vt Castelio Nansioque doctissimis mihiique amicissimis, ac Laurinis fratribus viris clarissimis omnisque antiqui-  
tatis peritissimis communicaui, hortati sunt vt sub incudem reuocatam & re-  
cognitam in gratiam studiosorum pater-  
rer publicum accipere: dictantes renascenti linguae Græcæ, quam inter ceteras Dominus noster Iesvs triumphali titu-  
lo in cruce consecrauit, ac diuinæ litteræ nobilitarunt, hac ratione non parum suc-  
cursum iri: futurumque ne diutius sœcu-  
lum nostrum, quo omnes bonæ artes re-  
uiuiscent, in deprauatissima pronuntia-  
tione, qua nunc etiam eruditæ vtuntur, tanquam ad Sirenæos scopulos consene-  
scat. Eam siquidem illi non aliunde pe-  
tunt quam à vulgo omnis abusus aucto-  
re & magistro. His adductus denuo libel

lū in manus arripui : quumq; plurima in eo non satis placent, coepi multa configere, castigare, corrigere, (labor hic quam scribere maior) locupletare, totam denique eius faciem inuertere, &, quod aiūt, mutare quadrata rotundis . Hunc ita veluti renouatū promtus ad te mitto , non quasi tuum illi suffragium vel patrocinium aduersus iniquos rerum aestimatores implorare velim , (istuc enim flagitare munus esset, non dare) sed vt sit tibi recens ad Episcopalis dignitatis fastigium eucto gratulationis vice, symbolumque animi in te mei , testimonium in me tui . Illud insuper adderem lubens, nisi leuiori munusculo sumtuosiorem legem dicerre viderer, fore & hunc libellum in bibliotheca tua (quam in montis Blandiniū cœnobio antiquis & manuscriptis exemplaribus habes instructissimam , nouaque ac diligentie indies accessione omni librorum genere auctissimam ) clientelæ apud te nostræ elogiū ac monumentū . Neque enim vereor, qua es humanitate, & erga litteras ac litteratos omnes benevolentia (quod amplissima testantur alimenta, quæ

Bibliotheca  
ca montis  
Blandini  
Gandau.

7  
qua nuper in academia Louaniensi adlescētibus studiosis decreuisti) quin hoc quantumuis exiguum , æqui boniæ sis consulturus . In populo siquidem Israëlitico singulis mandatum fuisse legimus, vt ad structuram tabernaculi aliquid cōferret, sed pro sua quisque facultate: (neque enim fieri poterat vt singuli in conferendo essent pares:) dominum autem non tantum acceptasse pretiosa munera diuitum, aurum, gemmas, cedros, & ligna septim , sed etiam viles illos caprarum pilos qui à pauperibus offerebantur . Ceterū quantumvis hæc prima fronte exilia , leuia, minutula, *ωραδοζα*, & absurdā videantur ; non ideo statim despici , aut imperitorum potius errore quam vero doctorum iudicio ponderari debent . Eiusmodi quippe sunt , sine quibus maiora & aliora constare non possunt . Neque vero, quum fortassis grauioribus tractadis par non sim, hinc vllam ingenij aut eruditonis gloriam spero:nec, si sperarem , mihi ausim polliceri: quum hic planè nulla sit: &, si quæ esset , hanc ipsam mihi alij præripuerint . Lubenter enim fātor, nihil

A 4 meum,

meum , hoc est, nullas leues aut incertas cōiecturas, diuinationes, vel somnia mea me huc adferre ; sed in pronuntiatione restituenda, sola veterum scriptorum , ex quibus hæc hausta sunt, auctoritate, præceptis, ac testimonio niti, fideliterque majorum vestigijs insistere & inhærrere: vt ea quæ in re dispersa atque infinita viderentur esse , ratione & distributione sub uno adspectu ponerentur , vt inquit Q. Cicero ad M. Fratrem. Quocirca non recuso humilis , abiectus , & inglorius haberí, modò publicè prosim. Cur autem me pudeat , quod Demosthenem, Ciceronem, Quinctilianum, Victorinum, Priscianum, Teretianum, Erasnum, & alios maiorum gentium deos nō puduit : qui veriti non sunt inter medios strepitus forenses, Reipub. negotia, studia rhetorica, philosophica, atque adeò theologica, ad hanc etiam Grammatices partem sese demittere, & in ea nonnunquam diutius serioque conquiescere : nempe quod illam non infimam, vt vulgus hodie, sed in eloquentia præcipuam ac ad bene dicendum & intelligendum prorsus necessariam

riam iudicarent . Non enim , vt Fabius ait, cuiusuis auris est exigere litterarum sonos, nō magis hercle quam neuorum. Vale Præfulum decus ; & nunc tandem, quod speramus , tam alacri animo hanc nouam prouinciam tibi oblatam capesse, quam difficilem te hacrenus præbuisti. Norunt enim omnes , quam non ambueris hoc onus , sed serio etiamnum recuses , quamque lubens id ex tuis humeris excuteres, nisi Philippus Austrius Hispaniarum Rex Catholicus , post optimi patris Caroli Quincti Imperatoris obitum, vt per nouarum dioceſeon erectionem labanti Reipublicæ Christianæ in Belgica sua succurreret , te diu reluctantem huic muneri admoueret , ac ad id quodāmodo adigeret. Dominus I e s v s feruet te nobis ecclesiæque suæ diu incolumem. BRVGIS Flandrorum kal. Maij. M. D. LXIII.

Nouorum  
Episcopo-  
ru in Bel-  
gica insti-  
tutio.

AVCTORVM QVI A' NO-  
 BIS CITANTVR, QVORVM-  
 VE OPERA IN PRONVNTIA-  
 tione restituenda vñi sumus,  
 nomenclaturæ.

<i>A</i> Elia Antonius Ne-	<i>Cassiodorus.</i>
<i>briensis.</i>	<i>Catullus.</i>
<i>A</i> Elia Dionysius.	<i>Chrysostomus.</i>
<i>Agatho.</i>	<i>Cloatius Verrius.</i>
<i>D. Ambrosius.</i>	<i>Constantinus Harmenos.</i>
<i>Andreas Diuus Iustinopo-</i>	<i>pylus.</i>
<i>litanus.</i>	<i>Cratinus.</i>
<i>Apuleius.</i>	<i>Aratus.</i>
<i>Aristophanes.</i>	<i>Demetrius Phalereus.</i>
<i>Aristophanis interpres.</i>	<i>Demosthenes.</i>
<i>Aristotelos.</i>	<i>Didymus.</i>
<i>Athenagoras.</i>	<i>Diogenes Laertius.</i>
<i>A. Hircius.</i>	<i>Dionysius Halicarnasseus.</i>
<i>Ausonius.</i>	<i>Dioforides.</i>
<i>D. Augustinus.</i>	<i>Ennius.</i>
<i>Auctor Philomelæ.</i>	<i>Eobanus Hessus.</i>
<i>Auctor Rhetoricorum ad</i>	<i>Erasmus Roterodamus.</i>
<i>Herennium.</i>	<i>Etymologicum.</i>
<i>D. Basilius magnus.</i>	<i>Eurypides.</i>
<i>Biblia sacra veteris &amp; no-</i>	<i>Eustathius Homeri inter-</i>
<i>ui testamenti.</i>	<i>pres.</i>
<i>Bionis poëta epitaphium.</i>	<i>Fauorinus.</i>
<i>Carolus Molinicus.</i>	<i>Fl. Sofipater Carissus.</i>
	<i>Francis</i>

*Franciscus Vergara.*

<i>Galenus.</i>	<i>Lacretius.</i>
<i>Gellius.</i>	<i>M. Cato.</i>
<i>Gulielmus Budæus.</i>	<i>M. Tullius Cicero.</i>
<i>Guliel. Morelius.</i>	<i>M. Verrius Flaccus.</i>
<i>Guliel. Postellus.</i>	<i>Marius Victorinus Afer.</i>
	<i>Martialis.</i>
	<i>Martianus Capella.</i>
	<i>Maximus Planudes.</i>
	<i>Messalla Corvinus.</i>
	<i>Moschus.</i>
	<i>Natalis à Comitibus Venet-</i>
	<i>tus.</i>
	<i>Nunismata antiqua.</i>
	<i>Ouidius.</i>
	<i>Palladius.</i>
	<i>Pandectæ.</i>
	<i>Paulus Festo adiunctus.</i>
	<i>Paulus Leopardus.</i>
	<i>Perfius.</i>
	<i>Petri Bembi tabula hiero-</i>
	<i>glypica.</i>
	<i>Philostratus.</i>
	<i>Pindarus.</i>
	<i>Plato.</i>
	<i>Plautus.</i>
	<i>Plinius.</i>
	<i>Plutarchus.</i>
	<i>Priscianus.</i>
	<i>Prudenz</i>

*Prudentius.*  
*Psalterium quadripartitum manuscriptum.*  
*Ptolemaeus.*

*Quintilianus Stoa.*

*Quintilianus.*

*O. Cicero.*

*Q. Papirius Grammaticus.*

*Q. Terentius Scaurus.*

*Ruellius.*

*Rufinus.*

*Sappho.*

*Seruius.*

*Sex. Pompeius Festus.*

*Sibyllina oracula.*

*Simonides.*

*Simon Lemnius.*

*Sophocles.*

*Sozomenus.*

*Stephanus ὦρθιονος.* *Zosimus.*

*Stephanus Vintonianus episcopus.*

*Strabo.*

*Suetonius.*

*Suidas.*

*Sulpitius.*

*Syntesius.*

*Tacitus*

*Terentianus Maurus.*

*Terentius.*

*Tertullianus.*

*Theocrinus.*

*Theodecces.*

*Theodorus Gazza.*

*Theodorus Vezilius.*

*Theon Sophista.*

*Theophilus Antecessor.*

*Tbucydides.*

*Valerius.*

*Virgilius.*

# ADOLPHI ME

## KERCHI BRUGENSIS.

DE VETERI ET RECTA PRO-  
nuntiatione linguae Græcæ  
commentarius.

Quod Grammatico & Oratori necessaria sit  
recta pronuntiatio.

### CAP. PRIMVM.

#### E GRAMMATICA GRÆCA

D hoc tempore & patrum nostrorum memoria multi copiose, recte, & luculentiter scripsierunt tum Grœci tum Latini: at plerique primam illam Grammatices partem quæ de litteris, earumque sonis, vi, ac potestate tractat, ne attigerunt quidem, vel leuiter admodum aut perperam tractauerunt. Quod nō tam illorum negligentiae aut culpæ, quam vitio temporis adscribendum duxerim. Nam quis est qui litteras vel à limine salutauit, aut quantiuscumque alicuius linguae gustum consequitus est, quē lateat quanti recta valeat pronuntiatio? quē vel eo nomine penitus à Grammaticis excutienda fuit, quod hæc ars potissimum circa litteras versatur, & ab illis tanquam à digniori denominationem accepit. γραμματικὴ γὰρ ἀπὸ τῶν γραμμάτων, quod eius prima principia litteræ

teræ sunt : idcirco *sotyēa* quoque , hoc est elementa appellatae . Ita ut hæc pars neutram ceu leuioris momenti , contemnenda vel negligenda fuerit , sine qua maiora ( vt Fabij verbis utar ) constare non possunt : quippe unde , non dico syllabarum & dictionum , sed totius orationis ac linguae splendor , venustas , energia , immo anima ipsa dependeat . Etsi enim prima hæc sunt pueritiae rudimenta , existimo tamen de his propriè dici posse quod Quintilianus de hac tota disciplina non veretur affirmare , multo plus eam in recessu habere quam fronte promittat . Nam si verum est , multum interesse non modò quid dicatur , sed etiam quomodo dicatur , nemo ista contemserit , sine quorum cognitione neque cum voluptate audiri quæ loquimur , neque quæ scribimus legi possint : quia sine his numerosam illam collocationem , id est vera orationis ornamenta non possis adhibere . Tantopere enim recta pronuntiatio commendat orationem , vt interdum duobus eadem lingua loquentibus , alter veluti cithareeditis quispiam modulatis simè canens aures omnium in se habeat intentas , alter molesto latratu tedium moueat omnibus , nec alia videatur pronuntiatio , sed alia prorsus oratio , immo quiduis potius quam oratio . Itaque , vt ego quidem arbitror , nihil æquè hodie spem eorum frustratur , qui se ad Poëtæ aut Oratoriis alicuius veteris imitatiōnem

tionem considerint , atque virtutis litterarū & accentuū ignoratio ; quaæ quidem in verborum collocatione & orationis structura dominatur .

Ideoque pronuntiationem tanti fecisse veteres illi autores classici perhibentur , vt in ea sola magnam vitæ partem triuerint . Hinc Demosthenes ille Atticæ eloquentiæ parens , cui *In pronuntiatione tota orationis vis con-*  
dam percontanti quid esset in eloquentia præcipuum , respondit , pronuntiatio : roganti quid proximum , iterum respondit , pronuntiatio : roganti quid tertium , nihil aliud respondit quam pronuntiatio : tantum ei tribuens , vt iudicasse videatur non præcipuam in ea sed totam orationis vim sitam esse , & absque ea eloquentiam consistere non posse . Est enim ( si Quintiliano credimus ) vox mentis index , & „ velut exemplar , ac totidem quot illa mutatio- „ nes habet . Ac veluti color oculorum iudicio , „ sapor palati , odor narium dignoscitur : ita sonus aurium arbitrio subiectus est . Proinde idem Demosthenes , quum natura ad exprimendum fœ lingua haberet inexplanatam , præterea spiritosus esset . & vox infirmior multitudinis fremitu interfecaretur , non est grauitas magnam vim dictionum p habentium , topis subter linguam impositis , aduerso monte , continuato spiritu identidem resonare , & in litore nonnunquam quum maximè fremeret mare , dictionem exercere , vt populi fratreū assueceret contemnere . Nec illi turpe videba-

videbatur vel optimis relictis magistris ad canes se conferre, & ab illis litteræ vim & naturam petere, illorumque in sonando, quod satis esset, morem imitari, atque ita oris vitium summa industria, longo vsu, & exercitatione corrigeri, naturamque ipsam vincere. Ita verum esse docuit quod à sapiente quodam dictum est, μελέτη πάντα δύεται. Quis nescit quām varia M. Tullius de litterarum verborumque sonis in Oratore commemoret, quē non modò à vulgi consuetudine, verū à quorundam quoque doctōrū præceptis abhorrire videantur? Quid Iulius Cæsar? quid Augustus? nōnne ostenderunt se non modò à corrupta loquendi consuetudine, verum etiam à nonnullis qui in eruditōrum numero haberentur, longè dissentire? Quid Messalla Corvinus? quē fuit causa cur de vnius litteræ sono integrum librum conscriberet, nisi quia videbat etiam litteratos aliter σύγχρονos pronuntiare, quām ipse iudicaret esse pronuntiandum? Mitto alios non paucos qui idem factitarint. Ex quo sequitur, Grammatico & Oratori rectam pronunciationem ex æquo necessariam esse, eiusque tractationem propriè ad eos pertinere.

*Quid sit recta quædam pronunciatione.*

### C A P V T . I I .

S S E itaque aliquam emendatè profecti rendi rationem, cùm ex multis alijs, tum ex eo etiam manifestum sit, quod alia

### V E T . P R O N V N T .

17

alia in hac parte alij sequantur. Hinc factum est ut tanta in pronuntiando varietas extiterit, ut pauci inter se in litterarū sonis cōsentiat. Quod quidem mirum non esset, si indocti tantum à doctis in eo, ac non ipsi etiam alioqui eruditū inter se magna contentione dissiderent. Non potest autem nisi vnum esse verum, secundum versum veterem, quem citat Aristoteles,

Εσθλὸν μὲν γὰρ ἀπλῶς, παντερδαπλῶς δὲ κακόν.

Est igitur verum ac rectum, simplex atq; vnius modi: nám hoc certè bonum est: falsum autem & prauum, multiplex, quoniam malum. At ratio & scientia exquirit atque inuenit verum, cùm proprietatem sermonis & naturam linguæ considerando, tum usum incorruptæ antiquitatis obseruando. Etsi autem interdum præfens consuetudo aliquid obtinet & euincit contra veritatem, tamen doctrina & ratio ita illud admittit, vt quemadmodum se facere Cicero ait, usum populo concedat, scientiam reseruet sibi. Quis autē est tam præpostero iudicio, vt quum à doctis quod rectum est didicerit, malit tamen cum vulgo in errore persistere, & gustatis posterioribus vltro ad deteriora recidere?

*Cuilibet linguae opus esse certa & distincta pronunciatione.*

### C A P V T . I I I .

O R R O cuilibet linguae, vt facile, statim, & rectè intelligatur, opus esse distincta, certa, & inconfusa singularum

B littera-

litterarum pronuntiatione, ipsa ratio indicat, & clarius est quam ut probari debeat: quandoque dem extra controversiam est singulas litteras & diphthongos inter se planè diuersas esse, &, ut Fabius docet, proprium ac peculiarem habere sonum. Frustra enim distinetæ essent litteræ, si sono nihil different. Alioqui propter sonorum confusionem & similitudinem lingua scateret amphibologis, nec posset cōmodè legi vel intelligi, ac loquenti simul & audienti nauseam páreret. Quis enim est auribus adeò patientibus, ut vel paulisper ferat orationem vbique sui similem? Tantam vim habet varietas, ut nihil oranino tam nitidum sit, quod non squalere videatur citra illius commendationem. Gaudet ipsa natura in primis varietate: quæ in tam immensa rerum turba nihil vñquam reliquit, quod non admirabili quoddam varietatis artificio deprivixerit. Et sicut oculi diuersarum adspectu rerum magis continentur, ita semper animus circunspectat in quod se veluti nouū intēdat. Cui si cuncta sui similia occurrant vndique, tædio protinus auertitur: atque ita perit totius orationis fructus. Denique quū voces non fortuita natae, sed ad rerum quas significant, similitudinem effictæ sint, ipsiusque elementis ipso que sono quod significant ferè referant, (vt præclarè Plato in Cratylō docet) exactissima adhibenda cura est in singularium litterarum enuntiatione: alioqui sonus à suo significatu

toto

toto celo diffidebit: vt si quis μηχρὸν (pro μηχρὸν) quod longum significat, eodem modo sonet quo μηχρὸν, id est paruum. Sed & Lucianus in Iudicio vocalium testatur omnes litteras vim suam, ordinem, & auctoritatem retinere, neque illas vñquam aliarum potestatem usurpare.

Apud quem ita σῆμα aduersus τὰ coram vocalibus iudicibus verba facit: Καλόν γάρ ἔχεσσον μέγιν ἐφ τὸς τετύχηκε τάξεως. τὸ δὲ ὑπερβανδὺ ἐσ ἀ μὴ χρή, λύνοντός εἶν τὸ δίκαιον. Καὶ ὅγε τερῶτος ἡμῖν τοὺς νόμους τούτους διατυπώσας, εἴτε Καθμός ὁ νησιώτης, εἴτε Παλαμήδης ὁ Ναυταλίς, καὶ Σιμωνίδης δὲ ἔνιοι προσάποουσι τὴν τρομιθέαν ταύτην, δι τὴν τάξην μόνον, καὶ δὴν ἀ μὲ τροεδρίαν βεβαγόντας, διώρισαν τὸ τρεῖτον ἐσα, ἢ δύετερον, ἀλλὰ καὶ ποιοτητας ἀς ἔχεσσον ἡμῖν ἔχει, καὶ δύναμιν συνεῖδον. Καὶ ἡμῖν μὲν, ὁ διτετάξας, τὴν μείζω δεδώκασι τιμὴν, ὅτι καὶ διτάξας φένεγγεθαι ἡμιφῶνοις δὲ τὴν ἐφεγῆς, ὅτι προσδημήκης εἰς τὸ ἀκουαδίναν δέστας. πασῶν δὲ ἐσχάτην ἔνόμισαν ἔχειν μοῖραν ἔνια τῷ τάντων, οἵδις δύνεται φωνὴ πρόσεσι. Καὶ διτάξας μὲν οὖν τὰ φωνήντα φυλάσσει τούτη τὸς νόμους τούτους. Τὸ δὲ Τ τέττα (οὐ γάρ ἔχει αὐτὸ χέριον διογμάσαι δημιατι, ἢ δι καλεῖται) δι μα τούς θεοὺς, εἰ μὴ δὲ ὑμῖν δύο σωμάτην ἀγαθοὶ καὶ κακόντες δραμάντας, τό, τε ἀλφα καὶ τὸ ι, τὸ καὶ ἀκούσθητον, τὸ τη οὖν ἐτόλμησεν ἀδικεῖν με, &c. Hoc est: Pulchrum est vnamquamque literam, eo in ordine quem sortita est, se continere. Eas vero quas non licet metas transfilire, eius est qui ius & aequum soluit. Et qui primus nobis has leges

imposuit, siue ille Cadmus insularis, siue Palamedes Nauplij filius (licet non desint qui Simoni hoc prouidentię tribuant) non ordines solum & subsellia, quibus existimatio cuiusque decernitur, distinxere, videlicet quę debeat esse prima, quę secunda: verū & habitudines quibus pollemus, & vim suam omnibus præscripsere. Et vos quidem iudices maiori honore illustrarunt, quod per vos nullius indigae sonum potestis efficere. Semiuiocales autem secundo loco dignati sunt, quæ haud sanè multa ope subnixæ, exaudiuntur. Postrema vero conditio ne alias quasdam cōdemnarunt, quibus ne vox quidem adebet. Has itaque leges per vos Vocales conseruari decet. Verū hæc tau (nequeo enim eam deteriori nuncupatione appellare, quamqua nominari solet) quæ, nisi per Deos ex vestro collegio due aliqui insignes & adspicere decoræ conuenissent, alpha atque ω ϕιον, ne audiri quidem omnino potuisset: hæc inquam me ausa est iniuria afficer. &c.

*Veterum Græcorum pronuntiatio elegantissima  
& facillima.*

CAPUT IV.

VISS E autem veterum Græcorū vt distinctissimam, ita maximè concinnam, elegantem, & facilem pronuntiationē, rebūisque quibuslibet tractandis accommodatissimam, vix puto aliquem esse qui dubitet.

Ideoque

Ideoque Quintilianus lib. xii. ait sermonem Latinum ne posse quidem ad iucunditatem Graecicæ pronuntiationis adspirare. Hinc illorum lingua omnibus exteris nationibus tanto in pretio & admiratione fuit, ut audiissimè omnes, etiam Romani ipſi, eam discerent & excollerent, liberisque suos Athenas ad eloquentiam & philosophiam paraīdam confertim mitterent. Ex quo manifestò colligitur, nequaquam tam confusum, exilem, & effeminatum plerarūque litterarum, diphthongorum, & syllabarum sonum fuisse, quam nunc vulgo auditur. Nec enim verisimile est (vt cetera omittam) illos indiscreto sono enuntiasse ε & αι: rursus η, ι, υ, ρ, οι, & η. Nunc vero, non secus atque olim in aprum Troianum diuersa animantium genera infieriebantur, sic in vnius sonum multæ vocalium & diphthongorum varietates intruduntur: ita vt multitudine scripturæ confundatur sonus, repetitione soni obtundatur lingua; nec auris nec mens vocum significationem prima fronte possit assequi. Tanta est enim sonorum inter se in litteris, diphthongis, syllabis, & distinctionibus diuersa significantibus similitudo, ut omnia scateant similiter cadentibus, plena sint obscuritate & amphibologijs, nihil audias nisi τολυτικα. τωλυτικα- σημεῖα. vel infantium vagientium vocem, quam in morem litteræ efferunt. Quum tamen, vt diximus, nulla alia lingua maiorem habeat in B 3 sonis

sonis varietatem & elegantiam quam hæc, nec ullius recta pronuntiatio rei de qua loquitur aptius conueniat.

*Græcorum pronuntiatio quomodo corrupta fuerit, & quid mali inde consequutum.*

## CAP V T V.

**E**D quomodo, inquieris, fieri potuit, vt in hanc linguam cultissimam tanta confusio, corruptela, & deformitas irreperitur? Nihil mirum. Paullatim enim Barbarorum, & præsertim Mahometistarum, Turcarum, ac Semijudæorum incursionibus, quæ frequentes in Græcia acciderunt, eorum lingua à pristino illo nitore ita degeneravit, vt planè in aliam sit commutata, eamque non possis agnoscere. Tale quid olim etiam accidit Italiæ: cui Gothi, Vandali, Hunni tantam cladem attulerrunt, vt linguam Romanam furiditus pœnè cum vniuersa antiquitate extinxerint. Vnde videmus nostri seculi Græcos & Italos nihil minus quam Græcè aut Latinè loqui, & vix aliquas earum linguarum reliquias in vernaculis suis idiomatis retinuisse. Huc accedit quod plerique superioris sæculi Grammatici, partim vt linguam Græcam obscuriorem & difficiliorem redderent, partim vt ipsi apud exterios eius linguæ imperitos doctiores haberetut, plerisque litteris, diphthongis, & syllabis nouos sonos affinxerunt, & inuentis suis multa immutarunt ac de-

ac depravauerunt, multa quoque excogitarunt, quæ priscum illud sæculum ne somniarat quidem. Vt taceamus, pronunciationem vitiatam esse partim ex corruptela vulgati sermonis, partim ex eo quod soni vocum scribi nequeunt, quodque nihil apud populum stabile, nihil diurnum. Ex quo effectum est, vt adulterina illa pronuntiatio in haec tempora deuenerit, & lingua per se præstantissima omnibus ornamenti spoliata, præsidij nudata, facultatibus dicendi discendique destituta sit. Quis enim nunc cum altero Græcè loqui, quis conferre studia, quis alterum commodè docere potest? quis exercitatione dicendi linguae cui incumbit peritiam conseruare? quis alterum sine nimis curiosa animi attentione intelligere poterit? Vt homines iure ab eo studio alienentur, in quo postquam profecerint, quid eo faciant prorsus neisciunt, præterquam vt legant vel secum musent. Tolle loquendi facultatem, tolle auditæ percipiendi celeritatē, tolle discendi opportunitatem, & facile omnes ardores animorum ad eius linguae studium inflammatos restinguas, facile omnes in ignoratione linguae Græcæ continentib, facile vt ne habeant de quo in litteris gloriari possint, si velint, efficies. Et sanè deplorandum est, linguam copiosissimam & vberimam, cuius cognitio, studium, loquutio per totum pœnè orbem diffundebatur, nunc intam angustos fines cogi, vt ne duorum quidem

hominum sermoni planè pateat. Scilicet præclarè de litteris & studijs merentur, quum exercitatio loquendi maximum præsidium ad linguam quamvis descendam habeat, qui linguam Græcam inuitis omnibus volunt mutam & eliguem esse, & non modò ad usus hominum non idoneam, sed ne brutorum quidem animantium vocibus exprimendis esse aptam. Rectè sanè litteris consulitur, quum, ne iuuenes de Græca lingua nimis insolescant, vtque cupiditates illorum ad eam descendā erētā aliò auer-tantur, os Græcae linguae obstruitur, ne illius clarissima voce exaudita vniuersi ad illam omni cogitatione ac studio certatim cōfluant. Quum igitur, vt diximus, lingua Græca iam ferè ad nihil aliud sit utilis quam vt legatur, certè & in hac parte recepta pronuntiatione non parum adfert incōmodi, quum passim imperitiores alias litteras aut diphthongos pro alijs accipiant. In quem lapidem, qui Græca describunt, ac typographi ipsi quantumuis lyncei, sape etiam coguntur impingere, dum alia pro alijs soni vicinitate decepti adscribunt, & notha pro veris reponunt. Ecce quantum mali ex re (vt aiunt) nihili ortum sit, vt etiam vitio pronuntiationis orthographia ipsa, quæ sola hactenus, quoad eius fieri potuit, huius linguae sinceritatem conservauit, periclitetur: dum voces vt vulgo sonant exaramus, quum contrà vt scribuntur sonande sint. Proinde nihil mirum, si veteres au-

tores

tores indies corrumpantur, depraventur, & innumeris mendis inspergantur.

*Hoc sèculo omnes bonas artes repurgatas: earum exemplo vulgarem pronuntiationem, vt pote corrumpam, reformandam esse.*

C A P. VI.

væ quum ita sint, & videam non solùm Hébream & Latinam linguam, sed

omnium planè liberalium artium studia multis annis mortua & sepulta passim reuiscere, doctòrūmque hominum industria quasi renasci: Graciam vero linguam, quæ omni philosophia, eruditio, & facundia ceteras non æquat solum, sed etiam superat, per se quidem satis splendidam & ornatam esse, vt externo & nouo cultu non indigeat, adhuc tamen squale-re, languere, ac corruptæ pronuntiationis fôrdibus obsitam iacere, nec cuius, vt Latinam, familiarem fieri: (quoniam vulgo eam ferè discimus in hoc vt veterum libros euoluamus potius quam vt Græcè loquamur, scribamus, oremus, aut declamemus:) non possum non hac de re cōmuni nomine dolere plurimum. Quumque penitus singula rimatus et scrutatus essem, corrupta hanc qua nunc vulgo vtimur pronuntiationem, eius rei caussam esse compéri: quod etiam nemo vel mediocriter doctus negauerit. Nam ad Gothos usque & Vandulos, & usque ad vastitatem eruditiois, omniumque bonarum rerum ῥωμαϊcav, emenda pronuntiatio per-mansit, & nequaquam putida, horrida, aut ob-

B 5 soleta

soleta habebatur. Quod certissimè colligere licet tum ex plurimis antiquis codicibus, tum ex psalterio quadripartito manuscripto, quod mihi vtendū dedit Iacobus Pamelius cathedralis ecclesiae D. Donatiani Brugensis canonicus, vita simul & eruditione theologus. Est autem descriptum anno MCV ex vetustiori exemplari, iussu Odonis primi Abbatis S. Martini Tornacensis, qui eodem anno ad episcopatum Cameracensem electus est. Nam ex Græca LXX interpretum versione quæ Latinis litteris pulcherriùm exarata est, constat id temporis pronuntiationem longè minùs depravatam fuisse quam nunc est. perpetuò enim & cōstanter ibi voces Græcæ iuxta veterū prolationem Latinis litteris exprimuntur, hoc modo: *basileus*, *aggelos*, *panta*, *urano*, *autu*, *ecclesia*, *kyrios*, & eiusmodi aliæ. Sub finem psalterij additū est alphabetum Græcum, cū hoc sono litterario: *Alpha*, *beta*, *gamma*, *delta*, *e brevis*, *zeta*, *eta*, *theta*, *iota*, *cappa*, *lambda*, *my*, *ny*, *xi*, *o brevis*, *pi*, *rho*, *sigma*, *tau*, *y*, *phi*, *chi*, *psi*, *o longa*. Quocirca aliorum exemplo qui repurgandis linguis & artibus gnauitet incubuerunt, nō dubitauī pro mea tenuitate huic etiam malo manum admouere: ac sonorum vsum, qui ab auctoritate antiquorum quasi à magistro recesserat, tanquam fugitiuum seruum retrahere ac constringere: vel potiū (vt planius dicam) veram germanāmque veterum pronuntiationem, quæ haec tenus tanquā ab hostibus captiuā in ergastū lo deten-

lo detenta fuit, ceu postliminio reducere, & pristinā libertati, luci, ac nitoris restituere. Nec id cuiquam mirum videri debet, aut veluti res noua reiici aut contemni (siquidem noua dicimus etiam ea, quæ quum vetera sint, diu ab oculis & visu hominum absuerunt.) nam vulgata pronuntiatio errore potius & vitio temporum, quam ratione, auctoritate, aut more maiorum recepta est. Nónne videmus iam passim abstrusissimas quasque antiquitates ex latebris erui, & visitata pleraque ad earū exemplarū corrigi & reformati? dum hic diligēter libros manuscriptos euoluit, alijs statuas, marmora, rudera, æra, numismata explorat, & ad eorum normam etiam orthographiam ipsam exigit, mutila nō pauca restituit, vetustate collapſa erigit, errata corrigit. Nec quisquam est qui studium illud tanquam inutile aut minùs necessarium damnet, & potius cū corruptissimis exemplaribvs in tenebris luctari exoptet, quam in clarissima luce, quomodo quidque à veteribus scriptum & lectum sit, videre. Vtrāque manu profligata fortiterque explosa est barbaries, quam multis iam saeculis maiores nostri mordicus & constantissimè tutati sunt: in cuius locum reuocatum est priscum Romanæ linguae decus, nitor, & elegantia. Omnia ferè quæ à Gothis, Vandalis, & alijs Barbaris in linguam Latinam inuecta sunt, quæque inscitia extraneorum, & imperia temporum irrepserunt, relegata sunt, ac in eorum

eorum locum vocabula Latina probæque monetae reposita. Quis enim iam delicatioris ut cunque palati audeat vti plerisque dictionibus & phrasibus quibus superiori saeculo scholastici Theologi, iuris interpretes, pragmatici, medici, & alij permulti sua scripta contaminarunt? qualia sunt *guerra*, *treugæ*, *ambaziator*, *parlamentum*, *capitancus*, *bladum*, *leuca*, & id genus innumeræ. Neque iam quisquam sustineat scribere *Cristus* vel *Xp̄s*, *legittimus*, *oceanus*, *stilus*, *ydoneus*, *ipocryta*, *yspania*, *michi*, *nichil*, *condempno*, *sollēpnis*, *temptare*, *tollerare*, *Vlixes*, &cet. & item & Ædiphthongos vbi cunque occurrunt, tanquam superuacaneas ressecare, vt plerique omnes aurum nostrorum memoria fecerunt. Item (vt ad pronuntiationem veniamus) iam risu excipiuntur, qui idolum, Iacobus, Simonis, paraclitus penultima breui, & Timothœus penultima longa efferunt. Quodque maius est, contra usurpationem superioris saeculi, iam ratione antiquitatis scribitur passim *heres*, *posthumus*, *sumpti*, *dempsi*, *prompti*, *sumtus*, *demptus*, *promptus*, *emtus*, *lacrymæ*, *sepulcrum*, *simulacrum*, & non pauca alia: quum haec tenus à doctis etiam ipsis scribi solita sint *heres*, *posthumus*, *sumpti*, *dempsi*, *prompti*, *sumptus*, *demptus*, *promptus*, *emptus*, *lacrymæ*, *sepulcrum*, *simulacrum*. Non sunt h̄c silentio prætereundæ

*Pandectæ Pandectæ Pisanae vel Florentinæ*, quæ quantitas retinæ tumuis diu nonnullorum inuidia delituerint, nemo tamen est, qui obuijs, quod aiunt, vlnis illas

illas præ visitata editione Digestorum, quamvis hæc multis saeculis tam in schola quam in foro in usu fuerit, amplectatur. Nemo hanc quamquam sit planè in potestate iuris ciuilis, usucapione tuetur. Omitto h̄c prudens tot veterum auctorum locos haec tenus corruptos indies restitui, malè intellectos enucleari, plurima item minus recte de Græcis conuersa, quæ haec tenus, quod melioribus destitueremur, tolerauimus, iam omnium è manibus vltro excidere, & eorum loco, ea quæ proprius veterum scriptorum sensum & elegantiam referunt, recipi. Ad eò verutissima quæque & optima sui natura magis expetuntur: noua autem & deteriora merito non tanto in pretio habentur. Quid vetat igit ex veterum libris suos linguae Græcae veros & antiquos sonos reddere, corruptamque consuetudinem siue manifestum abulüm reformatre? Docti enim ad conservandam linguam que olim floruit, & ad recuperandas eius partes quæ iam diu amissæ sunt, non ad imminuendam aut corrumpendam linguam, se applicare debent.

*Vtrum usus presens, an auctoritas antiquorum plus valere debeat. Quædam de usucapione.*

*Quod inueteratum errorem liceat emendare, & antiquam pronuntiationem renocare.*

#### CAPVT VII.

**A**T QVONIAM superius, usus, usurpationis, & usucapionis mentionem fecimus, h̄c fortassis objicit aliquis, longo usu,

go vſu, etiam eo qui apud doctos valet, apud prudentes nascitur, vbique ferè & apud omnes vulgarem pronuntiationem obtinuisse: eamque apud homines industrios, & totius huius rei gnaros ac peritos receptam esse, perpetuo que quodam tenore annos multos obseruatim, vt ab vſu iam concesserit in vſuſcipionem. Cuius tantam vim esse Iurisconsulti voluerunt, vt litibus & controuersijs finem & quietem, omni alia quæſtione sublata, adferre debeat. Cui argumento, licet superiori capite, si coram æquis iudicibus, nulloque occupatis præiudicio, agatur, abunde satisfactum sit: ne quis tam en calumniæ locus superfit, non verebor vel  
 cc solam D. Augustini ſententiam opponere. Nobis, inquit, qui ratione vincimus, fruſtra confuetudo obiectur, quaſi consuetudo maior sit veritate. Huc etiam acceras licebit, qua copioſe  
~~acceras~~ in hanc rem cum Stephanono episcopo Vintoniensi diſputat Ioh. Checūs.

Et qua hæc est, quaſo, doctorum hominum auctoritas in lingua præſertim aliena, vt vel minimum quid in ea mutare poſſit, vel antiquitatis auctoritatē vna cum antiquis ipſis antiquare? Nulli enim apud Græcos, quemadmodum apud Latinos, præ antiquitate abieci: at eorum auctoritas non modo non integra ſtat, ſed etiam floret, & maximo in pretio habetur. Eorum igitur verba & ſonos cur non ad amuſiſim imitados nobis & ſequendos ſine conuictio propone-

proponemus: cur non ad eorum normam rationemque ipsam ſingula exigemus? Et initio quidem hominum fuſſe arbitriū ac decretum nemo negat, vt pro voluntate ſua rebus ſonos & nomina imponerent, ac tum loquendum nō tantum cum Fauorino verbis, ſed & vocibus præſentibus: qua postquā Græcorum confenſu,

*Quos penes arbitrium, ius eſt, & norma loquendi, bene conſtituta firmataque ſunt, ea, iam exēunte lingua ē potestate loquentium, & in eruditorum libris quaſi in poſſeſſione permanente, non poſſunt iterum arbitrio aliorum tolli, aut à ſede ſua dimoueri. Quamuis enim qui hodie Græcē loquuntur aut ſcribunt, Platonis aut Demoſthenis verbis non vtantur, idcirco tamen verba Demoſthenis aut Platonis nequaquam mortua aut antiquata exiſtimari dēbent. Neque non melius Græcē loquetur qui illorum in diſcendo formam hodie ſeruat, quam qui longè viſitatiore more, ſed longè, vt necesse eſt, dete riore, verba fundit. Non enim quod viſitatiſſimum in emancipatis linguis eſt, optimum eſt: ſed quod ab optimis & eruditissimis olim maximè viſitatum fuit, id ſemper optimum erit. Quæ autem fuerit hæc doctorum hominū paulo superioris ſæculi ad linguā obſcurandam po testas, & ad eius ſtudium tam vehementer coēr cendū auctoritas, certe non video, niſi eandem viam ad linguā debilitandā, opprimendā, & ver ſandam quod velint habuerint: Præſertim quum hæc*

haec pronuntiatio deprauata in summa lingua<sup>e</sup> Græcæ penuria & barbarie, lingua<sup>que</sup> pœnè extincta, à sciolis quibusdam, quibus in eam nihil iuris erat, inuecta sit. Ita vt vñus iste qui tantopere iactatur, si recta ratione reputetur, nihil aliud sit quam inueteratus error, & turpis simus ac non tolerandus abusus: quem barbarie iam pulsæ, nefas esset non etiam relegare, &, vt aiunt, ἀποσκοπάξιδη, verâmque pronuntiationem ab exilio reuocare. Errorem autem pro vago alicuius vñus incepto quod certam rationem non habuit, Celsus Iurisconsultus accipit digest. de legib. Quod non ratione, inquit, introductum est, sed errore primum, deinde consuetudine obtentum, in alijs similibus non obtinet. An maiores nostri Ebrardum, Floristam, Garlandinum, Catholicon, Holcot, Bricot, Gemmam gemmarum, & id genus monstrâ, vñucapione tueri potuerunt, ne cum vniuersa barbarie funditus prosternerentur, & eorum loco veteres & boni auctores qui iā in vñu esse desierant, reciperentur? Sed de his superiori capite satis. Vñucapio ~~autem~~ quam sit iuris ciuilis, linguam Græcam, in quam Romani nihil iuris habent, vñucapioni nullo modo subiacere constat: & ut subiaceret, tamen veteres Grammatici, etiam Latini, qui priscam & veram pronunciationem suis in libris in hunc diem tanquam depositum fideliter conseruarunt, quiq; in omnium manibus versantur, aperte semper reclama-

reclamarunt, neotericorumque usurpationem interruperunt. Vt taceam quod nunc vulgo, quoniam alijs linguis ab incunabulis assueti, Græcam Latinamue tanquam peregrinam adsciscimus, eadem scriptura interdum varijs vocibus apud varias nationes proferatur: & hic vñus qui toties inculcatur, non sibi satis ubique constet, sed à seipso differat. Accedit, quod plerique omnes eruditæ hoc nostro & paullò superiore saeculo non negant, aliam antiquorum, aliam nostrorū sonorum rationem esse, nosque à veterum pronunciatione multum degenerasse: quorum etiam nonnulli qua ratione veteres pronuntiarint, obiter attigerunt: quales fuere Antonius Nebrissensis, Budæus, Glareanus, Pierius, Vergara, Camerarius, Postellus, Morelius, Molinaeus, alij. At ij ipsi tamen, quum meliora viderent probarentque, deteriora cum vulgo sequi maluerunt: fortasse quod desperarent suo exemplo se: alios ad imitandum prouocare posse. Vt vt est, lingua<sup>e</sup> Græcæ studiosi illis ipsis multum se debete iniciari non possunt. ~~ramus~~ ~~ramus~~ ~~ramus~~ ~~ramus~~ ~~ramus~~ ~~ramus~~ tentarunt ex veterum Græcorum Latinorumque monumentis aliqua emendatæ pronunciationis vestigia inuenire: duo tamē inter reliquos omnes maiore quodam spiritu ~~ramus~~ ~~ramus~~ ~~ramus~~ ~~ramus~~ ~~ramus~~ ~~ramus~~ id sibi tractandum sumserunt, Erasmus Roterodamus, & Iohannes Chaucer Anglus, qui totam hanc rem diligenterissime perse.

perseguuti sunt. Ego quoque ingratus essem, nisi illis omnibus magnas haberem gratias, fatererque me eorum exemplo excitatum, ut altius hac de re inquirerem, inuestigarem, veteres scriptores excuterem, hæc farraginem colligerem, & opera illorū, sicubi opus esset vterer.

*Vulgare pronuntiationē destituta esse viribus, vrbaniatē, euphonia: veterē cōtrā his plena esse.* CAP. VIII.

N V S adhuc restat scrupulus, quem si exemerimus, nihil est quod veterem nostram pronuntiationem diutius remorari debeat. Quisham? Istam dicendi perplexitatē, quam aures nostra non lubenter admittunt, & insuauiem molestamq; eiusdem litteræ assiduam inculcationē, homines nouo nunc vocabulo vrbanitatem appellant. Hæc res tam odiosa & putida si vrbanitas haberi debeat, fateor equidē antiquos ab vrbanitate longè absuisse: sin quod sanū, quod limatū, quod suave, quod magnificum denique est, illud vrbanū sit, quomodo veteres austeri, rudes, impoliti iudicari possunt? Sonus enim, ut diximus, nō similitudine, ~~sed~~ ~~littera~~ ~~ad~~ ~~indus~~ est. ~~τὸν οὐσίαν~~ nō est hæc tam mollis & iejuna loquendi inanitas, & ad tantā gracilitatē deuinctus sonus. Cur enim solum vrbanè & concinnè loqueretur, qui profiteatur, ~~οὐσίαν~~ que loquuntur? cur non qui amplum, grandem, magnum, ~~οὐσίαν~~ sonum, ijdem viriliter & vrbanè loquuntur? Cur non qui omnes animorū partes dicendo permouere

tiere possunt, qui omnibus eloquētiæ ornamenti, omni sonorum vbertate & copia incedunt, ij iure vrbani haberi debent? Vbi sunt qui permiscere Græciam oratione sua solebant, qui fulgurare, qui tonare, qui dicēdo hominū mentes obruere atque euertere cōsueuerūt? quid nunc facerent, quum ad tantam mollicié omnia attenuerint, ut verbū nullum nisi muliebre & effeminatum proferri videret? Corrupta enim hæc pronuntiatio quanuis habilis aptaq; esset, tamen quemadmodum calceus Sicyonius, minimè fortis virilisque existit. Nullus enim splendor, nulla eleētio verborum, nihil grande, nihil sonans, nihil excelsum in dicendo esse potest. Et quum tria in dicendo maximè solumq; spectentur, docere, afficere, mouere: docere propter confusio- nem, delectare propter similitudinem, mouere propter exilitatem dicendi nemo poterit. Quis enim magnus & sonoris vocibus cōplore forū, quis actem & contortam orationem vibrare in iudices, quis verbo quasi fulmine percutere animos audientium potest? quum omnes sonorum nerui, omnes vocum gradus, omnes contentionum vires nō exhaustiāt solum et emacientur, sed conficiantur prorsus & consumātur. Quod Graci τὸ σεμνὸν in oratione esse dicunt, illud ex τὸ σεμνὸν & ω primū, deinde ex η & diphthongorum granditate, constare debet. hic sonus τὸ δι μinus, sed nullo modo admitti debet: quia tam humilis & abiectus huius litteræ sonus est,

C 2 ut non

vt non nisi ad lamentandum, & ad questum muliebrem, & ad ceterorum sonorum amplitudinem magnificentiāmque attemperādam valeat. Et omnis eloquentiæ fructus, omnis dicendi honos, omnis sermonis dignitas perit, vbi omnia ad flebilem quandam incertitiam, & loquendi quasi mulierositatem deducuntur: vbi nihil in oratione liberum, nihil solutum, nihil effluens, sed omnia ad quandam nimis exanimatam exilitatem sine vlla sonorum varietate illigantur. Nam si præruptus mons, si ingentis molis ruina, si hostium conflictus dicendus, nonne pro re nata opus est dictiōnibus horridis, oratione aspera, versu fragoso, qui per sales duraque laxa cadat, vt inquit ille, quæ vel sono ipso rem quæ de agitur referant? Quis hanc minutam & admodum vincitam dicendi tenacitatem ferre poterit, vbi omnia vnius soni & tenoris, sine vlla dictiōnis luce, sine vlla varietatis suauitate, sine vlla granditatis magniloquentia in dicendo prémuntur? vt illud Poëtē si vulgariter & corrupto modo pronuntietur,

*Tρούμενοι γένοι τόσοις ὀδύσσαι Ζεύ;*  
Et iterum,

*Μὴν τοι ὁν χρεομη σκῆπτρον καὶ σέμψια δεοῖ.*

Et alia multa, in quibus sonorum similitudo omnem perdit & loquendi & audiendi suauitatem, & inanissima quedam attenuatio omnem dicendi gratiam arridit. Quomodo enim aliiquid magnum aut gloriosum esse in oratione potest,

potest, quum vbi amplè, copiose, ornatè dicere debemus, ad hoc vitium peruenimus quod Græci *ταυτολογία* & *ταυτοφωνία* nominant? quæ aures hominum nimis fecat atque exasperat, & quodam quasi styli acumine auditum pungit & vellicat, & in tenuissimas particulas distinguit. Quod si hæc ipsa sonorum nimia parsimonia & egestas loquendi pro vrbaniate summa haberetur, & in ea summa concinnitas suauitásque esset, non tamen ideo maximè in vsu & sermone hominum versari deberet. Nō enim suauitas solum in dicendo queritur, neque in eo ingenij laus est posita: sed orationis vis & illud quod amplum dicitur, ad superiorem laudem adiungi debet: vt non modò homines audiendo nimis delicatos & illiquefactos suauitate loquendi faciat, sed etiam dicendi vehementia inuitos ac pœnè reluctantates in aliam sententiam pertrahat. Quantum igitur sit hoc ad eloquentiam incommodi, si non modò sonorum varietas immunitur, sed & granditas & magnificētia quoque orationis detrahatur, cuius facile intelligit. Quod enim tum erit aurium iudicium, quæ verborum electio, quæ sermonis obseruatio, si omnis pœnè sonus in una littera sit positus, aut potius omnes litteræ in unū sonum quasi in carcere compingantur? Abiit igitur optima maxima eloquentiæ pars, grauitas dicendi: & eam deflere iam licet, querere non licet. Vis illa Demosthenis, sublimitas Platonis iam interiit:

quia quæ sonandi ratio ista effecerat, de medio sublata est.

*Quid & quotuples pronuntiatio.*

C A P V T I X .

Pronun-  
tiatio Rhe-  
torica, &  
Gramma-  
tica.

V&E quū ita se habeant, constituendum primum quid pronuntiationē vocemus. Est autē ea duplex Rhetorica seu Oratoria, & Grammatica quæ Latine litteraria potest dici. Illa est vocis, vultus, & gestus moderatio cum venustatē, vt inquit auctor ad Herennium lib.i. Cicero primo de inuentione: Pronuntiatio est ex rerum & verborum dignitate vocis et corporis moderatio. Quis enim (vt ait idem primo de Orat.) cantus moderata orationis pronuntiatione dulcior inueniri potest. Quæ tametsi sine Grammatica pronuntiatione consistere non possit, tamen quoniam illius tractatio ad Rethores propriè pertinet, lectorem ad eos remittimus. Litteraria pronuntiatio est, qua cuiusque litteræ peculiaris vis auribus accipitur, vel, In loquendo recta & integra prolatio: siue sonus earum litterarum, quarum proprietatem sinceritas orthographiae secundum viuis cuiusque linguae naturam requirit, quam Grece ἐκφάνητι, φωνῆς ἐκφορᾶ, seu potius ὄρθοέντα possit dicere. Litteras appello figurās & notas elementorum, de quibus primis verba seu dictiones componuntur, quorum vis ac potestas indicio certarum figurarum demonstratur pronuntiandoque exprimitur: in qua

qua maximè parte veritas conseruatur ab incorrupto vsu & sinceritate sermonis. Ideoque Priscianus litterarum potestatem vocat ipsam pronunciationem, propter quam & figuræ & nomina sunt facta. Quum autem scriptura lectioni seu pronunciationi seruire debeat, vt id ad nostras & aliorum aures transmittatur quod nobis illa commiserit, par scilicet fuerit ea prescribendo designari, quæ proferēdo enuntiari volumus. Recte olim Augustus ita scribendum esse censuit, vt quis proferret, quod præceptum esset perpetuum, si genuina pronunciatione persistisset. Vnde sequitur, si quid non recte dicatur illud ne scribi quidem debere. Non modo autē errat, qui aliquid perperam scribendo exarat, sed in errorem etiam inducit alios qui arbitrantur scripturam esse emendatam, & illam sequuntur. Primum est igitur, vt prescribatur quod legi & pronuntiari volumus, & id pronuntiemus quod scriptum est. Videndum igitur in primis τι, ποῖοι, πόστοι, id est, quid, quale, & quantum scribi ac pronuntiari oporteat. Quia in re sua serim sequi Fabij consilium, qui sic ait: Ego (nisi quod consuetudo obtinuerit) sic scribendum quidque iudico quomodo sonat. Hic enim est usus litterarum, vt cultuantur voces, & velut depositum reddant legendibus. Itaque id exprimere debent quod dicturi sumus. Consuetudinem autem hīc intelligere debemus non eam quæ à corrū-

ptoribus & deprauatoribus lingua: inuicta est, sed eam qua veteres auctores constante & in suo robore manente lingua, vñi sunt. Alioqui pro vsu abusus & inueteratus error nobis obtruderetur. Olim enim pro mutatione sonorum mutabantur & litteræ: & si quando consuetudo aliquid mutasset, scribendi quoque modus statim variabatur. Vnde quum apud Ennium & Plautum. *Sont* & *Seruos* diceretur & scriberetur, posteā multis autrum delicijs o vocali reiecta, quòd vastus illius yideretur sonus, u littera substituta est, & sono expressa: ita vt eorum loco *Sunt* et *Seruus* prolatum & scriptum sit. Veteres quippe Grammatici præcipiunt vocem scribendam quomodo & sonat: & tum deinde vitium in scribendo esse dicunt, quando aliter scribimus, aliter pronuntiamus. Quid causæ est igitur, quòd tantum in dicendo deprauationis esse patimur, quum tantum in scribendo sit perspicuitatis? & cur non vel scripturam ad perugatam dicendi consuetudinem traducimus, vel pronuntiationem ad iustę scripturarę rationem adiungimus, vt quemadmodum oculis in legendō scriptura satis facit, sic auribus in dicēdo pronuntiatio inferuiat: & quemadmodum antiquam in scribendo distinctionem & lucem conseruamus, sic antiquam in dicendo pronuntiationem retineamus? quod enim in sono est vastum, hoc in scribendo agreeat & incōditum esse necesse est. Quare non est quòd

quòd nos admodum torqueamus in veterum pronuntiatione inquirenda, si vnicuique litteræ & diphthongo peculiarem & proprium sonum accommodemus, & omnia elementa simplicia & coniuncta integrè enuntiemus, nec ijs yllum commenticum, alienum, aut cum alijs communem sonum affingamus. Nam, vt semel dicamus, scriptura debet sonum imitari, sonus scripturam exprimere. Veræ autem pronuntiationis aperta vestigia adhuc exstant in veterum Rhetorum & Grammaticorum præceptis, qui sparsim multa de sonis inferuerunt, in codicibus Græcis Latino charactere descriptis, qui passim in vetustis bibliothecis asseruantur, in pluribus antiquis observationibus, & vulgarium linguarum vocabulis, quæ ab hoc notho & suppositicio sono abhorrent, & veram pronuntiationem dilucidè indicant.

### *Antiquæ pronuntiationis vtilitas.*

#### CAPUT X.

**V**AM autem impolita & inepta sit vulgaris pronuntiatio, vetus autem elegans, absoluta, commoda, & linguæ Græcæ docendæ descendēque idonea, ex ijs quæ hactenus tradidimus, satis supérque colligi poterat: nisi refractarij quidam, priusquam eam cognitam habeant, primūm hoc præjudicatum domo adferrent, nihil in ea esse laudabile. Paucis igitur de vtilitate & vsu eius, antiquæ inquam pronuntiationis, expediamus. Primūm

C 5 itaque

itaque illa efficiet, ut litteras, syllabas, & dictiones non solum recte proferamus, sed etiam scribamus, nihilque in orthographiam committamus. Et quoniam rudis ætatis hic negotiū agimus potissimum, his quum dictamus, ab his quum exigimus dictata, quum scripturā emendatam exposcimus, tum hēc maximo adiumento futura est. Rursum si quae chartis fidelibus commissa sunt, alteri bona fide sint legenda, vel memoriter recitāda, si codicum collatione libri castigandi, si errores & vitia typographorum vel librariorum corrigenda, non video qua ratione id commodè fieri possit, nisi & is qui legit vel recitat, quād distinctissimè, explicatissimè, castigatissimè, & minimè confusè singula sonet, atque is qui auscultat sonos legentis probè assecuratur: quod in vulgata pronuntiatione fieri non potest, tum quia tanta diphthongorum & vocalium idem sonantium turba obstrebit, tum quod sēpissimè vnius litterulæ aut toni immutatio significatio variatur, ut κενοῦ vacui, κενοῦ recentis vel noui, κενοῦ & animi: κινῶ moniens, κινῶ communium, κινῶ canum, κείνω illorū: τὸν μηρὸν femur, τὸν μηρὸν vnguentum: ζεινibant, Εὐαν Euam: ἀσας, αὐτας, Abas, antis, αὐτας aridas: δέα dea, δέα, spectaculū: Item σύ, σοι, σή: χ, ρε: μη, μοι, & id genus innumera. Ex his etiam necessariò sequitur, scripturā omnem & artem typographicam fore emaculatiorem, certiorē, faciliorem, si omnes litteræ & diphthon-

gi peculiarem habeant sonum. Nam ferè videimus vsu venire, ut ea litteræ quæ nūc vulgo indiscriminatim enuntiantur, saepe aliæ pro alijs obsoni similitudinem infercantur. Quod vitium facile effugiet, quicunque sonorum differentiationem exactè obseruauerit, quoniam orthographię et pronuntiationi inter se optimè cōuenit:

*alterius sic*

*Altera poscit opem res, & coniurat amicē.*

Præterea si sermones mutui, si fabulæ, si studia fint conferenda, quis non videt loquenti quantum facilitatis, audienti quantum lucis, & vtrique quantum iucunditatis hinc sit accessurum? Eadem ratio est eorum qui Græcè declamare, docere, iisque se attentos præbere volent: & in summa, omnium eorum quibus studio erit serio pergræcari,

*Ex Grammaticis tum veteribus tum nouis, oratoribus, poëtis, alijsque scriptoribus, ac linguis popularibus bæc petita esse, & in vnu fascem digesta.*

#### CAPUT XI.

**VOCIREA** collegi ex Grammaticis tam antiquis quād neotericis, quęcunque ad vulgarem pronuntiationem reformatam facere videbantur. Qui quoniam prolixiores sunt, quād vt in scholis pueritiae primæque ætati commodè possint aut debent proponi & explicari: ego eos in quibusdam locis quos plenè tractauerunt, & qui vtileſ

vitiles sunt, vel potius necessarij, sum sequutus: & quantum mihi ad hoc meum institutum expedire visum fuit, ex ijs in hanc farraginé transfulti, ordinem verò pro meo arbitratu institui. Adiunxi etiam multa ex Poëtis, Oratoribus, & alijs scriptoribus tum Græcis tum Latinis petita: quibus addidi plurima ex vulgaribus linguis deppromta (in quibus quantumlibet corruptis, resident antiquæ pronuntiationis vestigia) quæ rem paucis yniuersam latè copioseque, nō quidem præceptionibus, sed exemplorum numero expositam oculis quasi subiicerent, & memoriae infigerent. Denique quia certum est pri-  
f eos illos Græcæ & Latinae linguae characteres, ab Hebraicis, qui & Phœnices sunt, primam originem ducere: eosque non solum ordine, nomine, potestate, sono, & figura non dissimiles, sed planè eosdem esse, visum fuit Græcarum litterarum singulas, ad Hebraicas, tanquam ad suum fontem, referre. Quæ omnia in vnum quasi fascem congeffii, vt adolescentes, quibus potissimum hic desudatur labor, ea quæ ad pronuntiationem lingua Græcæ pertinent, coniuncta uno in loco, sed tamen digesta haberent: neque ipsis opus esset ad multa magnaqué ceterorum volumina, ubi hæc sparsim & obiter tractata sunt, recurrere. Ac tametsi volui prolixitatem, quæ & memoriae obest, & officit intelligentiae, vitare: tamen quoniam hæc sunt plenè cognoscenda, statui ea copiose & subtiliter (si subtilitas

tilitas dici debet, quæ versatur in re minuta & facili) omnia tradere: vt hæc pronuntiatio iam tandem incipiat orbi innotescere, & omnibus ex æquo familiaris fieri. Quanquam prolixitas illa, si qua est, non præceptionum, sed exemplorum multitudine ac diuersitate est comparata: quæ quidem non obscurant rem, sed explanant; non impediunt, sed expeditiunt discentes. Præcepta enim nec ita multa sunt, nec ad intelligentiam difficilia: exempla verò et si plura numero sunt, tamen illorum consideratio, & rectæ prolationis indicatio atque adeò perceptio non multum temporis requirit. Quamobrem exempla quæ librum amplificauerunt, non obsunt pueris, sed profunt: nec deterrere, sed allicerere eos debent ad sonos perdiscendos: propterea quid non modò eas optimè declarant, sed etiam sua varietate acuunt iudicium & lectorem delestant. Itaque spero doctos ac bonos viros, de hoc meo tumultuario quidem labore, sed tamen, vt confido, non inutili pro�sus studiosis futuro, in quorum gratiam hæc collegimus, prudenter & candidè iudicaturos esse, nec quidquam in me, nisi re tota maturè, diligēter, & cum iudicio cognita atque expensa, statuturos grauius. Ceteros, vt qui nihil nisi aliena reprehendere possunt & solent, sua antem vitia aut non cernunt, aut præ inertia & ignavia castigare nolunt, nihil planè moror. Ego quidem hanc tam peruersam pronuntiandi confuetudinem,

nem, quæ ad hoc usque tempus quasdam litteras, diphthongos, & syllabas occupat, nunc tandem ignorantie tenebris ex toto pœnè orbe fugatis, litterarumque luce nationibus omnibus reddita, de medio censeo esse tollendā. Quod si qui à me dissentient, malentque inueteratum rudium saeculorum errorem pertinaciter defendere, quām vocem rationis audire: primū mei me facti conscientia solabor, quod hac in re meam sentētiā studiosis simpliciter sedulōque aperui: deinde ab illis petam, ut, si sibi licere volunt, cum vulgo sine metu reprehensionis errare, mihi liceat cum paucis doctis sine culpa temeritatis, antiquorum scriptorum auctoritatem, Grammaticorum veterum perpetuum consensum, utilitatem ad discendum, suauitatem in eloquendo, perspicuitatem in pronuntiando, & rationē ipsam sequi. Quanquam autem oprarum etiam doctissimos quoque ad puram illam antiquæ Greciæ pronuntiationem omni studio contendere, & adulterinam hanc qua vulgo utimur explodere, quod vel decem diebus tentati cuius facili futurum est: rāmen, si qui sunt tam iniquo iudicio, ut hæc quæ diximus nihil eos moueant, utque vulgari pronuntiationi assuefacti, ei adhærere malint, inuentisque iam aristis glandem nondum fastidiant: eos rogo ut ne saltem alijs ad meliora tendentibus inuidiose obsint, eosque ab incepto dehortentur. *γραῦτα μὲν δὴ γραῦτα.* Nunc  
omissis

omissis prolegomenis rem ipsam aggrediamur.  
*De Litteris Grecorum in genere.* C. A. P. XII.  
GRÆCA igitur linguae sonum & pronuntiationem tractantibus, prius de litteris, deinde de syllabis nobis erit sermo. Græcorū aut litteræ xx iiiij sunt haec: A B Γ Δ Ε Ζ Η Θ Ι Κ Λ Μ Ν Ξ Ο Π Ρ Σ Τ Υ Φ x ψ Ω. Quarū omniū vim Latinos sentire probetque exprimere testatur Plinius. *natur. hist. lib. vii.* Grammatici autem à litteris tanquam à parte simplicissima exordiuntur. Orationē enim in qua versantur, primū omnium in vocabula, eaque rursus in syllabas, nisi quām monosyllaba sunt, syllabas demum in litteras diuidunt, nisi quām & ipsae ex una vocali constituantur. Quamobrē etiam litteræ à græcis σοιχῆαι, id est elementa vocantur, ut docet Plato in Cratylō, & Dionysius. Eadem verò etiam γράμματα appellantur à scribendo, sive quod ex lineis constent. Sunt enim inuentæ simplicissimis articulatae vocis sonis certo linearū ductu exprimendis. Ceterū diuini huius munēris quis primus inter mortales auētor fuerit, non liquet: de qua re filibet vide Plinium lib. 7. cap. 56. Ex Phœnicia quidē constat à Cadmo in Græciā illatas. Sed quod ipsi Græci ignorarunt, Hebrews deberi earum inuentionē, ipsa nomina apertè declarant. Sexdecim aut initio fuisse, idem Plinius, Dionysius, & Plurarchus, verè scribunt. Quum enim inuentæ sint litteræ simpli-

simplicibus sonis significandis, necesse est profectō in omni lingua, ut quidem comodè scribi possit, totidem omnino litteras exstare, quot sunt eius soni simplices. Alioquin siue plures siue pauciores fuerint, & scriptio & pronuntiatione magnas tenebras offundi necesse fuerit. Idque sollicitè Græcos obseruasse, vel hoc vnu satis ostendit, quod inter Elenchos Aristoteles nullam ex litteris fallacem conclusionem numerat: quum nihil possit frequentius occurrere, si vni litteræ duplē sonum, vel contrā vni sono duas litteras tribueris. Simplices igitur Græca lingua sonos sexdecim, totidēque necessarias litteras esse, ex eo appareat, quod ex reliquis octo qui totidem litteris scribuntur, alij sint compositi, alij suapte natura ijdem cum compositis.

Sexdecim igitur antiquæ Cadmi litteræ ex Phœnicia in Græciam illatae & totidem sonis simplicibus exprimendis reperta sunt hæ, & β γ δ ε ι χ μ ν ο π φ σ τ υ. Nam aliae præterea octo illis additæ sunt partim à Pàlamede, partim à Simonide, videlicet η ω ζ ξ ψ Σ φ χ: quod nulla quidem necessitate factum est, sed maximo tamen cum fructu, ut scriptio minus esset laboriosa, magisque compendiosa. His ita se habentibus, hoc sit pro certo positum & constitutum, quod nemo negare sanè potest, hasc litteras α δ ε θ ι λ μ ν ξ ο π φ τ φ χ ψ sonuisse olim quemadmodum nunc sonant:

nant, & ab omnibus citra controuersiam ferè rectè pronuntiari. itaque breuiores erimus in earum pronuntiatione pertractanda. Illud solum obiter admonendum, corruptam hanc qua vulgo vtimur pronuntiationem id nobis inuexisse, vt in earundem quibusdam nomenclaturis & appellationibus potius quam sono turpiter peccetur, dum pro mu mi, pro tau taf dicitur: atque ita in nonnullis alijs. Porro has β γ δ η ι ω non solum vulgus, sed & docti plerique, recepto & pertrito vsu vel abusū potius & peruerſa consuetudine, ita absurdè proferunt, vt non solum nomen amiserint, sed etiā veræ & genuinæ pronuntiationis nihil planè reſerant, atque adeo alium prorsus iam sonum induerint: quemadmodum ordine alphabeticō suo loco infrā declarabimus.

## A. a. C. A. P. X I I I .

AΦΑ, Alpha, ex Hebræo nomine A Aleph, deinde alepha, & per syncopen alpha, nomen habet. Sono respondet a Latino: in id enim vertitur: debetque in imo gutture pronuntiari clarè, & ore prorsus hiante. Αργος, ager: nos Belgæ qui Teutonica lingua vtimut, dicimus acker, quemadmodum & Germani. ἀργός quasi ἀργός, otiosus, iners, ignavius. Hinc Belgicè arg, argber: id est, nequam, nequior. est enim otium & ignavia omnium malorum cauſa.

D

ἀγο, ἀβακος abacus,  
μυστι musa.

Ita & Græci a Latinum vertentes in a mitant,  
Cæsar Καῖσαρ.

Hadrianus Αδριανὸς reiecta adspiratione.

Maximus Μάξιμος.

Ab huius litteræ figura aliquoties coniuncta,  
pentagonum appellari pentalpha, quasi quin-  
tuoplum alpha.



Pental-  
pha.

Quoniam autem prima litterarum est, ideo  
alpha significat primum, siue caput, & initium.  
in Apocal. Ego sum α & ω, id est, principiū &  
finis, primus & ultimus. & apud Martialem,  
alpha penultimate, id est, primus & præstan-  
tissimus.

B, β, b.

CAP. X I I I .

H T A, Bēta, vulgo laxius quam b Latinum profertur, ita ut v consonantem referat: idque incepit & contra usum veneranda antiquitatis. Nunc enim βιος pronuntiant βιος: quo vitio perpetuo laborat in Hispania Burgensis diœcesis, enuntians νεστια, νενε, pro bestia, bene: quin eadem adhuc vitium geminat, quum præpostere profert bita, bacca: pro vita vacca: & vonum binum, pro bonum vinū. Quod verò nullo modo β sit vita vocanda, aut proferenda

v t v

VET. PRONVN T.

vt v consonans, quæ apud Latinos ἐς τὸ δι-  
γamma Aeolici locum succedit, illud argumen-  
to est, quod ex tot veteribus Grammaticis aut  
Scriptoribus nemo eius rei facit mentionem.  
Sed quod bēta appellari debet, & sonanda sit  
vt prior syllaba Gallicæ dictionis bestiæ seu bēte,  
quæ bestiam significat (s enim apud Gallos il-  
lic non exauditur) indicat ipsa dictio alphabē-  
tum, quam nemo alphavitum sonat, licet ad imi-  
tationem soni duarum primarum litterarum  
effigia sit. His adde quod βῆτα ab Hebræo  
Beth nomen habet, addita formalis littera α.  
Hinc factum, vt si quando Græci Latinis dictioni-  
bus vel Hebræis quæ per b litteram scribun-  
tur, velint vti, eas scribant per β, vt passim vide-  
re est apud Plutarchum, Dionem, & alios histo-  
ricos. Exemplorum loco sint hæc:  
Brutus Βροῦτος,

Barcino urbs Tarraconiensis , Ptolemaeo Bar-

κίων,

Strabo Στράβων,

Tiberius Τιβέριος,

Blasius Βλάσιος,

Benedictus Βενέδικτος,

Budæus Βοδάεος,

Frobenius Φροβένιος,

Theophilus Antecessor Institutionib. de iure  
natur. gent. & ciuili, θ plebiscitum, ait: τὴν δὲ τὸ  
τελέσις ὄνομασία. & § Prætorum, δεδώκεσθαι τὸ κα-  
τερόπερ τῷ γοκαρτεῖτῳ πράτῳ τῷ δύρεντῳ, η

D 2

τῷ πράτῳ

Ἐπειδὴ τὸν ἀρχεγίναν. Vides Latinas voces plebis et urbano per Ἑλλήνας scriptas.

Idem passim abstinere ἀξιωτέρου, tribunum τριβούνον vocat.

Idem accidit in vocibus Hebræis,

Saba Σαβά,

Balaam Βαλαὰμ,

Baal Βαάλ,

Abraham Αἴραμ,

Baltasar Βάλτασαρ.

Quod aliquāto clarius est ex verbis diui Pauli, ἐν ᾧ χρόνῳ Α' εἶται ὁ πατέρις: in quo clamamus Abba pater. Abba Α' εἶται Hebræis, immo Syris, quemadmodum indicat Hieronymus, sonat patrem, dictio ex duabus primis litteris composta, aleph & beth. Sed vocem Hebræam reliquit D. Paulus, quo significaret peculiare quiddam esse in ipso vocabulo, quod & patres lubenter audiunt, & pueri statim sonare discunt. Audiimus enim ab infantulis hanc vocem abba vel baba, non afva nec vava.

Σάββατον Sabbatum, non sahyatum.

Κράββατος Crabatus vel grabatus, id est, leetus. Hinc Belgicè Crebbe præsepe.

Item Ιακὼβ, Αμιναδὰς, nemo pronuntiabit, ut opinor, Iacof, Aminadaf, nec βθέλλιον fdellion: alioqui etiam ex β faceret f siue ḡ digamma Ᾱolicum, quod nemo Grammaticorum vel scriptorum veterum tradit.

Eodem planè modo in vocibus, quas usurpatione

patione sui iuris fecerunt Latini, ea quæ Græcis per scribuntur, efferunt per b. qualia sunt

Βῶ boo,

Εὖς bos, Gallicæ beuf.

Εὔρεπος barbarus,

Βαπτίζω baptizo,

Αμβρόσιος Ambroſius,

Εαλαγεῖον balneum:

Εαλαγή aduerbum, pro quo Romani interiectio- ne admirantis papæ vtuntur. Plautus in Pseu- dolo Græcum retinuit:

Babæ, nunc demum mibi animus in tuto est loco.

Brachiū Latinè, Græcè βραχίω dicitur, à βραχύ, id est, breue, teste Festo.

Βραχεῖα μάχευσα, id est, breuis gladius, Gallicè braquemar.

Hubertus Goltzius H erbipolita, antiquarius, pictor, sculptor & historicus nobilis, Marci Laurini viri clarissimi felicibus auspicijs scripsit Imperatorum Cesariumque Romanorum ex antiquis numismatibus historiam, Fastosque Romanos: in quibus extat numisma Iulij Cæsaris quod in altera parte habet hanc inscriptionem, Ι Λ Ι Ω Ν Β Ι Σ Ν Ε Ω Κ Ο Ρ Ω Ν. Item duo nu- mismata Antonini Pij, quorum alterum habet Ε Φ Ε Σ Ι Ω Ν Β Ι Σ Ν Ε Ω Κ Ο Ρ Ω Ν, alterum Ε Φ Ε Σ Ι Ω Ν Δ Ι Σ Ν Ε Ω Κ Ο Ρ Ω Ν. Id est, Ephesiorum nouo hominum cœtu secundò fre-quentatorum: vel, deductis nouis colonis bis frequentatorum. κόρος enim inter cetera, ho-

minum cœtum siue multititudinem significat. In quibus vides ob vicinitatem Romanos indifferenter vsos dictione Latina BIS, & greca δις idem significante. Vbi si quis legat VIS, nihil verbum erit. Porro D. Lucas in actis Apostol. voce νεωκόρος paullò alia significatione uti videatur, dum ait: ἀνδρες ἑφέσιοι, τίς γάρ έστιν ἀνθρώπος, οὐδὲ ὁ γινώσκει τὴν ἐρεσίον τῶν νεωκόρον δύσταν της μεγάλης Γεᾶς Αρτέμιδος, καὶ τῇ Διονυσίᾳ; hoc est, Viri Ephesij, quis est hominū, qui nesciat Ephesiorum ciuitatem cultricem esse magnæ Deæ Dianaæ, & à Ioue delapsi simulacri? Nam, vt alijs placet, vox νεωκόρος composita est ex νέως, quod Atticè sonat templum, & κορῷ purgo siue verro, auctoribus Hesychio, Etymologico, & Suida: vnde acuitur penultima νεωκόρος. Solent autem qui impensis dediti sunt alicui diuæ, arā illius varijs ornamentorum generibus cohonestare, quemadmodum facit apud Apuleium Psyche.

Sed vt vnde abijt redeat oratio, videamus num in externis etiā linguis id quod volumus, possimus euincere. θόντυρον butyrum, Belgæ boter, galli beurre siue burre, per syncopen media syllabæ.

βρῶτος cibus, panem Belgæ vocant broot: in qua dictione etiam ω μέχαι, hoc est, duplex o, optimè exprimunt: Angli brêt, per η.

βρῶσαν Belgicè & Germanicè braffen, id est commesse siue manducare.

Βόσκειν pasceré. Hinc βοσκῆ pabulum, pascuum; German-

Germani & Belgæ boſib fyluam, quam Galli dicunt bois.

Βάλλειν mittere: Belgæ bal pilam missilem vocant: & quoniam quæ mittuntur quodammodo traduntur, factum est vt Galli bailler, tradere, pœnè ad verbum dixerint, quemadmodum à Budæo notatum est.

Βλασphemēi maledicere, calli blasphemēr dicunt, & detracta syllaba φι blasphemēr paullum diuerso significatu.

Βρόχος vas vinarium, & ὡς τῇ βρέχειν, id est, à fundendo, calli broc nominant.

Bones siue bornes gallicè, fines, termini, vel limites agrorum: Græcè βουώς est collis siue parvus mons. In libro Mosis de mundi origine eodem verbo hæc ipsares declaratur.

Βρέχειν & ἡμέτεράζειν feruere: hoc galli ad prunas transferunt: embrazér enim ad verbum dicunt. hinc prunas ipsas brazier dicunt.

Quid quodd & apud veteres & idem sonuisse quod b testatur M. Tullius ad Papyriū Patum lib. ix. epist. famil. epistola cuius initium Amo verecundiam? Vbi, vt demonstret eandē vocem apud alios obsecnam, apud alios esse verecundiam: nec in verbo turpitudinē esse, sed in sensu loquentis; producit bini, quæ dictio Latinis sit pudica, Græcis obsecena. Eius hæc sunt verba: Quum loquimur, inquit, terni, nihil flagitijs dicimus: at quum bini, obsecnum est: Græcis quidem, inquies: nihil est ergo in verbo, quando

D 4 & ego

Bini,  
Bives,

& ego Græcē scio, & tamen tibi dico bini, id  
que tu facis, quasi ego Græcē non Latinē dixe-  
rim. Cicero respicit ad verbum βινή, hoc est  
coīre, Veneri operam dare: cuius imperatiuum  
εἴνη dicit eodem modo proferri, ut dictionē Latī-  
nā bini, quæ numerum significat. Alioqui si εἴνη  
sonabat tum Græcis quod vulgo sonat hodie, nō  
erat vox eadem apud vtramq; gentē, nihilo ma-  
gis quam apud Latinos bini & vini. Vbi tamen  
obiter notandum, quod i longū Romanis olim  
sonabat ut diphthongus η, hoc est, ei: ut infrā in  
βίνη & η latius dicemus.

Illud quoque argumento est, ε nunc vitiose  
per v effterri, quod, quum muta sit, labijs com-  
primi debuit: & hoc etiam, quod ipsum ε collo-  
catur medium inter π tenue & φ adspiratum, V  
verò consonans labijs vallo dentium diductis  
efflatur, debetque omnino inter adspiratas nu-  
merari. Deinde τὸ δίγαμμα sonum, ac proin-  
de litteram qua is sonus exprimitur, solos Άο-  
les usurpasse, nemo est opinor qui nesciat. Ita-  
que omnium optimè sonum τὸ ε declarat βι  
ouium vox.

Ο δὲ λιθιος ὁπτερη πρόσετον εἰς εἰς λέγων θεοῖς.  
Quod ita proferendum est,

Hod<sup>3</sup>

Hodē lithios hooper probaton bee bee legoon ba-  
dizei.

Hoc est,

Is autem fatuus tanquam ouis bee bee sonans Badizo.  
badizat, id est, incedit, vadit, iuxta illud Plauti  
in Asinar. Demam hercle iam de hordeo tollu-  
tum, ni badizat.

Iohan. Pierius Valerianus lib. x l. v i i . hiero-,  
glypticōn, cap. de litteris septē. Forte ε, inquit, „  
per pictam pecudem figurari possit, aut mem-„  
brum statumque eius aliquem qui ouem sape-„  
ret, quod proprium est illi litteram eiusmodi, „  
articulato proferre sono. Atque ita nonnulli γ, „  
tertiae apud Græcos vocalis sonum per e gra-„  
uem pronuntiant, quod Latini receperunt, Pe-„  
neleope, Anchises, Aristoteles, naturæ quidem in „  
oue sonum imitati. Hæc Pierius. Neque verò  
reicienda omnino sunt inarticulatarum vocum  
quæ naturales animalium sunt, exempla, quo-  
nam eæ semper & vbiique sunt eædem, cōstan-  
tes, sui similes, nec μερότων ἀνθρώπων more, id  
est, hominū quibus lingua est in omnē partem  
volubilis, in horas mutantur. Hinc haec voce  
μητρικαὶ, Εὐχὴ, Βλυχαδεῖ, balare, et Belgicē  
bleeten, ouium propriæ. Sic οὐεῖος bombus, so-  
nus tubarum raucus, nec valde acutus, est etiam  
sonus apum. Hinc bombizatio, Festo auctore,  
à sonitu apum dicta, sicut mugitus à bobus, &  
hinnitus ab equis.

Sed quid multis? Ipsius litteræ β figura, que  
Græcis & Latinis eadem est, satis indicat eam

D 5 apud

apud utrosque eandem habere vim, potestatem, & sonum.

Ex quibus omnibus liquidò constat, & non vita, sed bēta appellandum, neque ut v consonantem, sed planè vt b Latinum proferendum. Alioqui quæ esset eius conuenientia cum τ & φ, cuius est media?

Illud tamen observatione dignum est, græcū cōsonātōes scriptores pro v consonante modō β, modō μ̄ per v usurpasse, vt quim velum βιλον̄ scribunt, β̄ modo Valerius Βαλέριος vel ὑναλέριος, per 8 reditā Valens ὑναλής,

Valere, Zosimus Βαλῆρε, Virgilius Βιργίλιος & Οὐργύλιος, Neruij, Νέρβιοι, & Νερούιοι, Varro Βάρρων.

Quod necessitate & inopia linguae alioqui copiosissimæ accidit. Nullam enim græci habent litteram qua V nostram consonantem reddant. nam ὑναλης trium syllabarum est, quum Valens sit dissyllabum. Ex quo suspicor paullatim irrepsisse errorem vt pro ε imperiti cœperint v pronuntiare. Et vt largiamur in huncmodi fortassis dictiōnibus quæ Latine per v consonantem scribuntur, græcos etiam ε sonuisse vt v; (quod tamen non constat) non est tamen cur tam exiguus horum numerus tam religiosam in alijs consuetudinem impedit, & nos statim repudiato proprio, legitimo & vero sono, nothum hunc, adsciticium, & quasi mutuum

tum perpetuo retineamus. Quod enim in vna aut altera voce conceditur, hoc ad vniuersi generis naturam accommodare non satis integrum nobis fuerit, vna hirundo non facit ver: nec priuilegia singulorū legem possunt facere communem. Neque enim tam exquisitam formam in dicendo & scribendo arbitramur, vt ab vniuerso præcepto nihil deflectat. Quod si quid à communi regula exceptum sit, id nos quoque exceptum habemus: non tamen vniuersæ litteræ regulam propter priuatum quoddam verbum euertimus. Nam quæ communiter traduntur, communia: quæ excipiuntur, excipienda esse arbitror. Itaque vbi aliquid à communi formula discedit, hoc nos in sonando excipiamus: cetera quæ non excepta ab auctoribus sunt, ad vniuersi generis formam pertinere arbitremur.

τ, γ, φ: & siue F digamma æolicum.

#### C A P T U R A X V .

E N I A M V S ad Γάμμα, siue, vt Iones apellant, gema, de quo docti minus laborant. Sonat vt g Latinū: & ab omnibus ferè rectè pronuntiatur ante pleraque cōsonantes, vt δύδος, γλῶσσα, ἀγμὸς, γναφεὺς, ἀγριός: & ante vocales α ο ω, γάμος, γονεὺς, ἔγω: sed ante reliquas vocales vulgo vitiosius & effeminatus profertur. tunc enim nouum huic litteræ sonum quendam tribuunt, cum i consonante (vt quidā vulgo profertur) communem. itaq; pro γενελογίᾳ, legunt Ienealojia, quū vbiq; deberet masculu-

masculū illū, & per omnia similem seruare sonum, mediū inquā inter tenuem & adspiratum, quē perpetuō adhibent Germani: nec in coniugatione λέγω, λέγεται, λέγε, vel alibi, yllo modo variat, quascūque tādem cōtingat eam præcedere vel subsequi litteras. Certum enim est i Consonantis sonū à Græcis nūquam fuisse usurpatum, sicut in ἡτα dicemus. Deinde vni litteræ duplīcem sonum tribuere non potes, quin Græcos fatearis litterarū inopia laborare, quod ne verisimile quidē esse potest. Eodem igitur sono tam Græcis quam Latinis hæc littera pronuntiari debet, quæcunque tandem vocalis sequatur, eoscilicet quem integrum retinuit inter a & o.

χερόφη scribere. Inde Belgis & Gallis, qui est ab actis publicis, actuarius, siue scriba, greffier dicitur. χερόφη etiam sculpere, Galli Grauer, ens grauer, Belgæ grauen dicunt. Porrò grauen etiam fodere significat: hinc graft sepolcrum; graft vel graft, fouea, fossa. Hinc etiam infistiones arborum Belgæ greffen, & Galli grefles appellant.

χρυσε instrumenta nautica adunca, & ancoræ. Hinc Belgæ deriuant gripen, Galli griper, & nōnulli grupér, id est, vncis vnguis rapere.

A χρυσοῦ, id est, anus, Belgæ faciunt graeu, hoc est, cinericius, canus, à colore capillarū aniliū.

Ab Hebræo nomine Ghimel longius gamma recessit: vnde digamma Æolicum appellatur, Δελτικum. quid duplicis gamma imaginem referre videatur. de quo plura in φ dicemus.

**E' A T A** Delta, à nomine Hebræo daleth siue deleth, vnde deleta, & per synopen delta: nam adspiratio Hebræorum tenuiter sepe alio idiomate redditur. Sonat vt nostrum d.

δέκα decem.

δαμασῆς, δαμάστωρ, vel δαμάστηρ, domitor.

Ab eius figura astrum δελτώτον nuncupatum est, *Deltoton* quod est signum in celo supra arietis caput possum, δελτόδεῖ, hoc est, trianguli figura, Δ litteræ imaginem referens, à qua etiam nomen habet, duobus æquis lateribus, uno breuiori, in unoquoque angulo stellam habens. Aratus in Phænomenis,

Ἔσι δέ τοι καὶ ἔτ' ἀλλο τετυγμένον ἐγγένει σῆμα  
Νήσον Ανδρομέδης, τὸ δὲ ἐπί τρισιν ἐσάθμηται  
Δελτώτον, πλευρήσιν ἵσαρμένησιν ἐσικός

Αμφοτέρης. ή δὲ δύτι τόση, μαία δὲ ἐσὶν ἐτοίμη  
ἔνρεθω. περὶ γὰρ πολέων ἐνάσερός έστι.

Quod ita interpretatur M. Tullius:

Et prope conspicies parvum sub pectore claro  
Andromedæ signum, Deltoton dicere. Graj  
Quod soliti, simili quia forma littera claret.  
Huic spatio ductum simili latus exstat utrumque,  
At non tertia pars lateris. nam non minor illis,  
Sed stellis longè densis preclara reluet.

Et in antiquis Antiochenium numismatibus plerunque spectatur delton cum signo Arietis proximo.

Delta etiam insula est in Nilo Ægypti fluvio : Hircius lib. 1111. bell. ciuil. Locus, inquit, est illarum ferè regionum nobilissimus, non longè ab Alexádriæ, qui nominatur Delta, quod nōmē à similitudine litteræ cepit. Nam pars quædā flu minis Nili deriuata inter se duobus itineribus, paulatim mediū inter se spatium relinquent, di uersissimo ad litus interuallo à mari adiungitur.

E, ε, e breue.

CAP. XVII.

**V**I A O N, id est e exile seu tenue, pe culiare nōmē non habet. Nam Hebreis nulla est littera quæ huic respondeat, nisi adspirationem eorum molleū accipiās He, quam græci in vocalē mutauerint, vt Heth in ἡτα. E psilon vna est littera ex ijs quatuor quas Plato in Cratylō scribit à græcis pronuntiari, quum reliquæ non enuntientur, sed tantum ipsarum nomina, vt Alpha, Beta, & ceteræ omnes litteræ præter ο ω & υ. Ex his autē Platonis verbis liquet, epitheton illud quo psilon vocatur, id est tenue, postea adiectū esse, quū inter ε & η distingui, & illud quidem inter litteras, hoc verò inter diphthongos numerari cōcipisset. Veteres enim initio hanc litteram ε vocabant, sicut ostendit Plutarchus in eo libello quem inscripsit τοπική εἰδησθαις, & post eum etiā Eu stathius Iliados ε. Item Nigidius apud cellium lib. xix. cap. 14. meritò quidem in eo græcos reprehendens.

Pieriū

V E T. P R O N V N T.

63

Pieriū dicit γραῦ esse sono, ac tum demum exaudiri, quum spiritus aliquanto inferius contrahi videtur, & suppresso quodammodo sono enuntiatur: ε ψιλὸν verò acutum habere sonum, quum ad aperta usque labra porrigitur, & vo caliore sono se prodit.

E ψιλὸν valet e breue:

**M**ενέλαος Meneläus, (credimus. μελετῶ meditor, ex cognatione λ & δ, si Seruo εὐλείαν germanicè effen, Belg. eten.

Ab Ἀλκεν trahere, Belga deducunt elcene, instrumentum acuminatum quo cerdones calceos inter confundendum perforant.

Inuenitur tamen redditum à græcis pro i Latino breui, Britanni, Βρετανοί, Domitianus, Δομητιανός, Capitolium καπιτελλίου.

Cauendum autem in primis ne litterā vel αι diphthongum pronuntiemus vt ει neque incidamus in vitium orationis effeminata, quod vocant græmmatici τωλεψιλον: vt inferius in ει & αι ostendemus.

Z, ζ, ζ CAP. XVIII.

**H**T A zeta non zita: id autem oppo situm Zeta suimus Tsade Hebræorum, non zain.

Neque enim pronuntiari debet sicut hodie à gallis s littera effertur quum est inter duas vocales media, neque etiā vt duplex ff, sed vt df, qui sonus est suauissimus, & à Latinis

Latinis nunquam satis rectè exprimi potuit. Qui crassè docent, monstrant ζ prope modum sonare quod Flandris t̄, quod illi facillimè sonant, quum duabus syllabis dicunt t̄famēn, id est simul, & germani bezalen soluere, qui sonus lenis est, ap̄ūmque susurro persimilis. Quod etiam subindicare videtur Q. Papirius grammaticus. In his, inquit, syllabis sonus z litteræ immixtus inueniri tantum potest, quæ constant t & i, & eas sequitur vocalis quælibet, vt Tatius, otia, iustitia, & similia. Quintilianus lib. xij. incundissimas esse testatur apud Graecos ζ & υ: quibus, inquit, nullæ apud eos dulcissimæ spitant. & subdit, quas mutuarii solemus quoties illorum nominibus utimur: Quod quū contingit, nescio quo modo hilarior pretinus renidet oratio, vt in zephyris zopyrīisque: quæ si nostris litteris scribantur, surdū quiddam & barbarum efficiunt, & velut in locum eartum succendent tristes & horridæ, quibus græcia caret. Hæc Quintilianus. Contrà Martianus Capella refert Appium Claudium idcirco hanc litteram reformidasse, quod, dum exprimitur, morientis dentes imitetur: hinc factū vt quidam non omnino malè eam cum stridore quodam pronuntiandam censemant. Ceterum quod omnes asserunt græci grammatici, nimirum non dī (vt diximus) sed sī valere, hoc mīhi quidem probari nō potest. Nam primum omnium debet inter tres duplices eadem esse analogia. Ceteræ

Ceteræ autem nō valēt ση, vel σχ, sed πη vel ς. Deinde vbi illa esset huius litteræ suauitas, qua Fabius testatur nullam dulcissimæ spirare? Præterea quum hoc ijdem Grammatici obseruent, quoties nimirum duæ consonantes in themate reperiuntur, priorem esse characteristicam, quæ (quoad eius fieri potest) in præterito medio & aoristo secundo seruetur: certe aoristus secundus οφαδων, ostendit thema οφασω sic pronuntiandum esse, vt οφαδσω, non οφασδω audiatur. Postrem o quum omnes tradant valere σδ, nemo tamē ita pronuntiat: sed Galli quidem vt σ infractum sonat, & Belgæ, dum dicunt Zoucken querere, quod Græci ζτεν, Zomen, circundare, circumsuere, à ζωνύψι, Zien feruere, bullire, quod Græci ζεν: Inde Zee mare ab æstu, et ζενς ἡ ζεον Καὶ ὀνοία κατὰ τὸ δε σωνός, inquit Athenagoras, id est, Iupiter ex sententia Stoicorum, nomen apud græcos à feruere tulit, vt nihil aliud sit quam feruidissima natura.

Germani vero & Itali vel intuiti veram pronunciationem retinuerunt. Decepti autem videntur (quod eorum pace dixerim) græci grammatici Dorica dialeto, vt ζ dicerent σδ valere. dicunt enim Dores συρισδω pro συριζω, σδυγων pro ζυγων, σδων pro ζων, et similia. Sed hoc sit per litterarum metathesin, quam E imitati

imitati sunt Latini, quum βάζω pronuntiarent βάσω, unde suum vado deduxerunt, & ab ζώ odor, & pro Μεζένιος Medentius aliquando *Dionysij* scriberant, ut testatur Priscianus. Ceterum *Halicar-* quod apud Dionysium quoque in libro τριπλασίαι legitur ζ valere σδ, eum sa- *nasi lo-* nè locum non dubito affirmare ab ijs esse cor-  
ruptum, qui ex aliorum grammaticorum op-  
pinione restituendum putarunt. Id enim appar-  
aret ex eo quod paullò pōst, quum inter se tres  
duplices litteras comparat, suauissimum esse  
dicit ζ, quia reliquæ duæ, nempe ξ per x, ψ  
verò per π sibilum efficiant, quæ ambæ sunt  
tenues: ζ verò sensim & leniter spiritu adspiri-  
retur. Ex quibus verbis quis illud non videat,  
duplicium litteratum naturam ex sibilo aesti-  
mari: quod fieri non potest in ζ, si vt σδ pro-  
nunties. nam ita futurum esset vt non σ, sed  
σδ potissimum audiretur, & à σ præcedente mi-  
nimè leniretur ad suauissimum illum sibilum  
exprimendum.

Romani qui peregrinam ζ inter suas adsci-  
uetur, eam aliquando dupli si reddunt: η  
ταρίζω, patrisso, ητητη την ανταντην, ητητη  
μόζα, massa, ητητη την ανταντην, ητητη την

H, η, ee, siue è longum.

CAP. XIX.

H. T. A., Eta ab Heth densissima Hebraicorum

rum consonante nomen traxit, fuitque olim  
nota adspirationis, vt declarat Athenæus li- *Adspirationis*  
bro nono, his verbis, Οἰμαὶ δὲ καὶ διὰ τοῦ η γοι-  
χέου τυπώσασθε τοὺς πάλαιοὺς τὴν δαστένιν.  
διότες καὶ Παιμᾶνοι τέρῳ πάντων τῷ δαστωπέ-  
γον ὄνοματων τὸ η προσγάρουσι, id est, Veter-  
res arbitror H elemento adspirationē formasse.  
quamobrem etiam Romani omnibus adspira-  
tis nominibus η præscribunt. Haec tenus Ath-  
enæus. Ideoque in notis numerorum antiqui-  
tus apud græcos H, ἥγετο, id centum designa-  
bat, quid primæ esset eius vocis littera, quam  
tum sic scribebant H E K A T O N. Quia  
verò Græci hanc adspirationem non suprà po-  
nebant, sed ipsi lineæ inserebant, hinc ortus  
est magnus error. Quo factum est vt coepe-  
rint eam supraponere, ac tandem illam disse-  
cuerint, hoc pacto H, ita vt anterior pars signi-  
ficaret spiritum asperum, posterior lenem, qui-  
bus adhuc vitimur in litteris grandisculis. In  
antiquissimis Heracleensium numismatis quæ  
sunt penes M A R C U M Laurinum, legimus  
F H P A K A E Ω N & F H P A K A H T Ω N,  
præposito in ipso contextu spiritu aspero. In  
Selinontiorū autem numis H Y Ψ A Σ, hoc est  
Hypē fluminis, cuius facit mentionem Plinius,  
inscriptio habetur, integrè præfixa antiquissi-  
ma illa adspirationis nota, qua Latini etiam-  
num vtuntur. Eam autem notam postea pro  
longa græcia usurpauit, vt disertè testatur

Plato in Cratylō his verbis, δῶ γάρ η ἔχει μέσα, ἀλλὰ ε τὸ παλαιόν, id est, οὐ enim nō usurpabamus olim, sed ε. Id ipsum Ausonius poeta de litteris græcis & Latinis, hisce versibus, qui submutili videntur, confirmat:

Hτα quod Aeolidum, quόdque valet hoc Latiar E:  
 Preto quod E Latium semper breve Dorica vox E.  
 Quod & vox ouium Ȣ, de qua in Ȣta diximus,  
 indicat, & Varro IL de re rust. satis apertè quod  
 ad hanc rem pertinet, explicavit his verbis, vbi  
 de capris & ouibus loquitur: Ea enim sua voce  
 græci appellarunt μῆλα, nec multo secus nostri  
 ab eadem voce, sed ab alia littera bēla vocarunt,  
 non enim mee, sed bee sonare videntur oves vo-  
 cem efferentes, à quo pōst balare dicūt, vna lit-  
 tera extrita, vt fit in multis. Hāc Varro. At quis  
 oves vivi vel capras mihi sonare credat, vt nūc  
 corruptè Ȣ et μη pronuntiant; & non potius bee  
 vel mee, vt etiam balant pro belant Doricum sit,  
 sicut μῆτηρ mater? Idem demonstrant dictiones  
 μηκάδες, id est capræ, et μηκᾶν, id est caprarum  
 more balare. μηκάδαι γάρ διὰ τὸ η ἐπὶ τῶν αἰγῶν  
 λέγεται, μηκάδαι δὲ ἐπὶ τῶν θοῶν διὰ τὸ η.

Higitur nullo modo exiliter pronūtiandum  
 vt Ȣta, quicum nihil cōmune habet, sed e obli-  
 quo, vastoque quodam sono, medio inter α et ε:  
 rictū minus diducto quam α, hiantiore tamen  
 ac minnis in ima depresso sono, quam ε. Hinc  
 sit vt græci δημοσθέα, τέχνα, in δημοσθέη, τέχνη  
 contraxerint. & vbi cuncte p̄cē ea incidit, in η  
 contra-

contrahunt.

Quæcumque etiam Angli per ea scribunt, so-  
 num τὸ η habent. Sic

bread βριδ,

meat μήτ,

great γριτ,

beat ήτ,

Quæ omnia, quum nihil nisi lögum e habeant,  
 defectu propriæ litteræ per ea scribuntur.

Sonus etiam τὸ η optimè auditur in priore  
 syllaba gallicæ dictio[n]is estre ητρε, quod esse  
 significat: quoniam omnia ferè quæ Galli per ai-  
 vel per est scribunt, sonum η habent. Sic

beste seu bête βητρε, bestia,

honeste έντητε, honestus,

préster ωγητέρ, mutuare,

feneſtre φενήτρε fenestra: si enim apud illos non  
 auditur. Item

faire φηρε facere,

pais πάξ pax,

mais μης sed,

maison μηζόν domus.

Cognitionem arguit primū, quòd, themate  
 verborum incipiente ab α vel ε, augmentum  
 fit in omnibus præteritis hac serie, vt α et ε ob-  
 vicinitatem in η mutentur, vt ἀκούω ηκουον, ἐρέ-  
 ðω ηρέδον: sicut o in ω, vt ὁρύττω ηρυττον: quod au-  
 gmentum idcirco temporale vocatur, quia ferè  
 breuis trāfit in longam. Item Ionicè & Doricè  
 α longum frequenter vertitur in η, vt

Ἄρχιν pro ἀρχίας,

πρίκης pro πρίκης,

ἴντρος pro ἵντρος.

Contra τὰν pro τλεύ,

γῆν pro γῆν,

φέμιν pro φίμη: quod quidem φίμη (præsertim quod ad priorem syllabam attinet) eodē planē modo sónat ut Gallis fémīna, quam vocant Fēme. μάτηρ του κοινοθέσ Zelandis eodem sóno & significatu effertur de meeter, quam Flandri Doricō more dicimus de mater, hoc est, μάτηρ. Ita etiam Gallis sonat prior syllaba in maistre, quod magistrum significat.

μήν Zelandis meene, hoc est, Iuna, Flandris mane, δωρικός μάνα.

μῆν Zelandis meend mensis, Flandris maand, Doricē máx.

χλεύ Flandricē gheend, Doricē χάν, gans.

Τρενεν Zelandi treenen, Flandri Doricē tranen dicimus.

Casēus nobis kaas, Zelandis kees.

Hinc in ecclesiasticis canticis bis peccatur in vnica dictione, dum παράληλος efferrunt paraclitus per i, idque breue, qutum dicendum sit paracletus, elongo,

Græci etiam qui res Romanas tractauerunt, ubi Latinis est e longum, constantissimè n scribunt.

Pompeius Πομπήιος,

Cornelius

Cornelius Κορνέλιος,

Aurelius Αὐρήλιος

Aēnobarbus siue Ahenobarbus Dionis est. Αἴνο  
βαρβός.

Legatum iurisconsulti græci ληγάλον: quod quām absurdē ligaton proferretur, quis non videt?

Caius Iurisc. de verb. signif. Telum, inquit, volgo quidem id appellatur, quod ab arcu mit- tur: sed nunc omne significatur quod mittitur manu. Ita sequitur ut & lapis & lignum & fer- rum hoc nomine contineatur: dictumque ab eo quod in longinquummittitur, græca voce figuratum ἄπο τε τηλέ, id est, ab eo quod est longe. quam etiam etymologiam Iustinianus in suas Institutiones retulit.

Zosimus græcus historiarū auctor libro primo, vt ostendat prænomen Manius in gentem Valeriam profectum esse à quodam Valerio qui primus sacra dijs Manibus fecit, ait in hæc verba: τοῦτον τὸν Εὐαρὸν δὲ οὐδέπερ Εὐρών, καὶ τλεύ Τυσταν, καὶ τὰς πανεύχιδας ἐπιλέέσσας, ἐκτίνη Μά- γιος οὐδέπερ ταρανθίος. τούς τε γὰρ χθονίους βε- σσὸς μάνις καλοῦσι Ρωμαῖοι, καὶ τὸ οὐρανίγενον Εα- Manes λίρε.

Vides ut μάνις sonet manes, non manis: Εαλῆρε valere, non valire. Quod vero Εαλῆρε per scripsiterit, nihil mirum, quum Græci careant littera quaे v consonanti respondeat: vt in ostendimus.

E 4 Neote-

Neoterici quoque Robertetum scribunt Poëtæ τητον, Murætum Μούρητον.

Quid vetat hoc etiam accersere dictiones Hebraicas? ut psal. cxxxv. τὸν Σηὴν βασιλέα τὸν Αμορραῖον, quod versum est, Seon regem Amorrhœorum. Aliud enim est à dictione Σιὼν, ut psal. L. Αγαθων κύριε σὺ τὴν ἐνδοκίᾳ. Quia τὸν Σιὼν, Benefac domine in bona voluntate tua Sion.

Item ἄμην, amen,  
ἀλληλούια alleluia,

ΙΗΣΟΥΣ IESVS, non Iisus.

Ἄλι, Ἄλι, λαμὰ σαβαχθανὶ, Heli, heli, Iama sabachthani. Heli verò sonuisse ut e longum, non bili, indicant voces cruci adstantium. dicebant enim, Heliam vocat iste.

Deinde etiam Plutarchus in libro de e docet, vt antiqui pro eo vñ sint vocali ε, vtque ad longitudinem valuerit. Eadem Dionysius Halicarnasseus in Rhetorica. His denique accedit Gazæ illius doctissimi auctoritas, qui lib. IIII. τὸν εἰς τέσσαρα sic scribit, de Temporum notis loquens: οὐ μὲν οὖν ταῦλου ἵστω δὲ μόνον τὸ ε καὶ ο τάπως τοῖς τοιούτοις σημείοις, ἀλλὰ καὶ τὸ α καὶ ι καὶ υ. νῦν δὲ εἰσὶ μὲν τὰς ε καὶ ο τερπήλα: τὸ γάρ η καὶ ω μεταλαμβάνονται γεάφομεν. id est, Erat igitur olim fortassis istis signis locus non solum in ε & ο, sed etiam in α & ι & υ. Nunc verò in e quidem & ο redundant, quia η & ω assumptis vñimur in scribēdo. Sed quid istos cōmemoro? vel vnuim

anti-

antiquum ex omnium æstatum memoria mihi oppone, qui si de his rebus tractet, non in hanc sententiam dicat, aut qui istum tam attenuatum litteræ sonum in η probet. An non Plutarchus tum in vñitis, tum in Problematis, tum in omnibus libris hoc in vniuersum seruat, vt e longum in η transferat? & contrà Latini hoc η in e longum transtulere, nisi forte Doricè (id quod in Latina lingua ex magna Græcia, quæ Dorica dialecto vtebatur, vicinitate, est visitatum) illud η in α cōmutetur. Neque solus Plutarchus hoc facit, quanquam in eius libris id sit frequentissimum, quia plurima conscripsit, sed omnes quicunque de vna lingua in aliam quidquam transferūt, hanc sibi formam transferendi perpetuò proponunt: vt suprà fusiū a nobis dictum est.

Franciscus Vergara, licet nostri seculi, doctissimus tamē Græmaticus, de vi & prolatione litterarum sic scribit: η perinde nunc profertur ac si esset ε longum, quum sit e longum: ex H per virgulam transuerſam interſecta duæ propemo dum E E fiunt, sic H, quas geminas continere dicitur H tam figura quam etiam tempore, nimirum semper longa, duas semper breues. Atq; ita transfertur à Latinis per e longum, vt Δημόσιος Demosthenes, χρατῆρ crater. E quoque Hebreum Græcè redditur per η, sicut Latinè per e, Ἄλιας, Ιησοῦς, Ησαΐας, Helias, Iesu, Esau. Ex quibus omnibus appetat, perperam eos facere Ε η qui

qui & cum iota confundunt, sicut hodie solent homines alioquin valde eruditii, à quibus ego magnopere contendō, vt rationem tandem auctoritate veterum confirmatam discāt depravata consuetudini anteponere.

Θ, Ι, θ.

CAP. XX.

Θ T A ab Hebræo nomine Theth, id est oꝝ vocatur theta, non vt nunc thita, quia in priore syllaba ēst η suie elongū, quemadmodum etiam ab omnibus veteribus vocātur bēta, ζēta, ēta, thēta. Persius satyr. 1111.  
Et potis es nigrum vitio præfigere thēta.

Et Martial. lib. vii.

Noſti mortiferum quaſtoris Caſtrice ſignum?

Est opere pretium diſcere Thēta nouum. Enim funesta illa in capitalibus iudicij littera (quod diſtione Θαυτὸς inchoet) nota erat condemnationis. Sed idem tamen valet quod Hebræorum Tau sine dagħes, id est th: ita vt referat anſeris ſtrepitum, vt Θεος theos, addito aere ſue flatu. Ad quem modum etiam efferri oportuit th à Latinis, nō exiliter quaſit ſolum, vt nunc vulgus profert. Ideoꝝ studioſi obſeruare debent ne & cum tenui & confundant. Hanc feliciter exprimunt Angli in initio, quum ſua lingua dicunt furem thief: in fine quum fabrum ferrarium ſmyth. Item Germani qui Θη vocant thier, id est, feram, (inde fortè Belgicum tieren, hoc est, ferarum more clamare) Θυγατῆρē thochter

thochter filiam, Aeolicè Θουγατήρē Prisciano teste.

I, i, i.

CAP. XXI.

Ω T A, Iōta trisyllabum ab Hebræo Iod, t pro d vſurpato, respondet i Latino.

Ιερσία Iberia,  
Ιδιόμα idiōma,  
Scipio Σκιώτιος.

Cæcilius hanc litterā vocat pumilionem, quod omnium & figura & ſono tenuiſima ſit & minima: eſt ſiquidem μονόγλωμος. Plato indicat accommodam eſſe ad exprimendas res subtiles & penetrables, quod declarant, vt ait, Ιωνεῖς, ιωδαῖς, ac similia. Itaque planè aliter ſunt proferaſta & η & ε & οι & η, quam :: ne inter legendum incidiamus in ιωταχισμὸν & τωλειώρα, qua orationem faciunt exilem, eneruem, pipientem & confusam. Neque enim Xριſος ſonandum vt Xριſος: neque κιῶν vt κιῶν, μηχρὸν longum, vt μηχρὸν paruum.

Ιωτα apud Græcos ſemper eſt vocalis, nunquam conſonās: nec in quām praedicit alteram vocalē in eadem ſyllaba, vt iarpōs, lādōw, iāmeos. Vnde perperam quidam iambus ſonat diſyllabum, quum vox ἀμφίεραχον reddat. hinc fit, vt quod in alijs linguis per i consonantē effertur, pluribus ſyllabis efferre Græci cogantur. Nam Hebræi Iefuh diſyllabicè pronuntiant, Græci tribus

Ιωτα nunquam conſonans.

tribus syllabis Ι, Κ, Ε. Latini Iunius, Iulius, Iustinus, Iodocus trifissyllaba, Græci tetrasyllaba efferunt, Ιούνιος, Ιούλιος, Ιωσήνος, Ιόδαχος.

Latinorum I longum olim enuntiatum fuisse vt ei, testatur Priscianus, & alij antiqui Grammatici, & nos in diphthongo ε ex professo tractabimus: quem morem habent etiam Brabantii, quum bliuen manere proferunt bleiuen, rike diues reike.

K, x, k, c, q.

CAP. XXII.

A P P A, Kappa siue Cappa ab Hebreo  
K Cap seu Caph, valet c nostrum, item k  
seu q. Ab omnibus ferè incorruptè &  
rectè pronuntiatur, scilicet vt k, non solum ante consonantes, vt κλέπτω, ἀκμή, κνίσα, χράσις, χρα  
τεῖλη crapula, χαρακτήρ: sed etiam ante vocales  
α ο ω: καλός, κόμη coma, κώμη vicus, pagus: &  
in fine dictiōnis, cñ ex. At eadem ante reliquias  
vocales quibusdam planè aliud sonat. Tum  
enim vulgus nostratiū pœnè nihil discernit in  
ter x & σ: vt vix aures dijudicent κελλός ne dicas,  
quod obliquum significat, an Σέλλος nomen  
proprium, vnde proverbiale verbum σελλίζει:  
& vtrum κήτων pro hortulo, an σήτων pro parte  
quadam sepiæ piscis: num Κίμων pro duce  
Atheniensi, an Σίμων pro apostolo: Κῦρος pro  
rege, an Σύρος pro gente, καὶ pro ε, an σὲ pro te. Ita apud Latinos in dictiōne Sicilia, vt nunc  
quidem vulgo profertur, primæ syllabæ sonum  
agrè

egrè dignoscas à sono proximæ. Nec dubium  
quoniam hæc differentia profecta sit à vulgo, quando nemo veterum id scripto prodidit, qui tamen de rebus alijs minutissimis plurima curiose scripserunt. Imò Priscianus auctor est, k & q, quamvis figura & nomine videantur aliquā habere differentiam, cum c tamen eandem tam in sono vocum quam in metro continere potestatē, & k penitus in Latina lingua superuacuum esse. quod ante Priscianum testati sunt etiam Fabius, Terentianus, & Fl. Sofipater Carrisius. Vnde & in antiquissimis marmoribus legimus P E Q V N I A M pro pecuniam. Hic autem si idem q & x sit, manifestè intelligitur x litteræ sonum ante reliquias vocales non murari, quia q eundem in sono modū semper habet. Quemadmodum igitur q ante e aut i in Latinis absque u metitur, eodem modo ante easdem x Græcum in iisdem metiamur. Sonus q constans est, & æquabiliter in dicendo ante omnes litteras obseruatur: obseruetur hoc in x, & nequam ad tantas in contrahendo & sonando ineptias & difficultates dilabemur: eodemque modo x proferemus in κῆτως vt in Dorico κατῶς. Quam quidem soni constantiā & æquilitatem in γ etiam retinendam suprà diximus. Quis enim si perturbatè & corruptè διολογέοτες & ἀρχέοτες pronuntiaret, posset ex illis διολογοῦντες & ἀρχοῦντες efficere, & ex καὶ ἐγὼ καγὼ potius quam σέγω vel τσάγω; Ex Theone quoq; sophi-

C k q eius  
dem soni  
& potes  
statis.

tribus syllabis Ιγύς. Latini Iunius, Iulius, Iustinus, Iodocus trifyllaba, Græci tetrasyllaba efferunt, Ιούνιος, Ιούλιος, Ιεστίνος, Ιόδωχος.

Latinorum I longum olim enuntiatum fuisse vt ei, testatur Priscianus, & alij antiqui Grammatici, & nos in diphthongo ει ex professo trætabimus: quem morem habent etiam Brabantii, quum bluien manere proferunt bleiuen, rike diues reike.

K, x, k, c, q.

CAP. XXII.

A II II A, Kappa siue Cappa ab Hebreo  
K Cap seu Caph, valet c nostrum, item k  
seu q. Ab omnibus ferè incorruptè &  
rectè pronuntiatur, scilicet vt k, non solum ante consonantes, vt κλέψω, ἀκμή, κνίσα, κράσις, κρα-  
τάκη, crapula, χαρακτήρ: sed etiam ante vocales  
a o ω: καλός, κόμη coma, κόμη vicus, pagus: &  
in fine dictionis, cū ex. At eadem ante reliquias  
vocales quibusdam planè aliud sonat. Tum  
enim vulgus nostratiū pœnè nihil discernit in-  
ter x & σντ vix aures dijudicent κελός ne dicas,  
quod obliquum significat, an Σέλλος nomen  
proprium, vnde proverbiale verbum σελλίζειν:  
& vtrum κήπιον pro hortulo, an σήπιον pro parte  
quadam sepiæ piscis: num Κίμων pro duce  
Atheniensi, an Σίμων pro apostolo: Κύρος pro  
rege, an Σύρος pro gente, καὶ pro εἰ, an σὲ pro te. Ita apud Latinos in dictione Sicilia, vt nunc  
quidem vulgo profertur, primæ syllabæ sonum  
ægrè

ægrè dignoscas à sono proximæ. Nec dubium  
quin hæc differentia profecta sit à vulgo, quando nemo veterum id scripto prodidit, qui tam  
en de rebus alijs minutissimis plurima curio-  
se scripserunt. Imò Priscianus auctor est, k &  
q, quamvis figura & nomine videantur aliquā  
habere differentiam, cum c tamen eandem tam  
in sono vocum quam in metro continere pote-  
statem, & k penitus in Latina lingua superua-  
cuum esse. quod ante Priscianum testati sunt  
etiam Fabius, Terentianus, & Fl. Sosipater Ca-  
rissius. Vnde & in antiquissimis marmoribus le-  
gitimus P E Q V N I A M pro pecuniam. Hic autem  
si idem q & x sit, manifestè intelligitur x litteræ  
sonum ante reliquias vocales non mutari, quia  
q eundem in sono modū semper habet. Quem-  
admodum igitur q ante e aut i in Latinis abs-  
que u metimur, eodem modo ante easdem x  
Græcum in ipsisdem metiamur. Sonus q constans  
est, & æquabiliter in dicendo ante omnes litteras  
obseruatur: obseruetur hoc in x, & nequaquam ad tantas in contrahendo & sonando in-  
ceptias & difficultates dilabemur: eodemque  
modo x proferemus in κῆπος vt in Dorico κῆ-  
πος. Quam quidem soni constantia & æquali-  
tatem in γ etiam retinendam suprà diximus.  
Quis enim si perturbatè & corruptè ὄμολογέον-  
τες & ἀρχέοντες pronuntiaret, possit ex illis ὄμο-  
λογοῦντες & ἀρχοῦντες efficere, & ex καὶ ἔγα καὶ  
potius quam σάγῳ vel τσάγῳ; Ex Theone quoq;  
sophi-

C k q eius  
dem soni  
& pote-  
statis.

sophista vbi de amphibolijs loquitur, τὸ καὶ quale sit, & quām ante omnes vocales eandem vim habeat, manifestum est. Quis enim dubitet, si εὖ ἐν ταῦτοις, et οὐ κενταύροις, ita germani soni coniunctique sint, vt auribus in dicendo distinguui nequeant, non alium τὸ καὶ ante εἰς quām ante αὐτοῖς, sonum habere.

Ex linguis autem popularibus, quas cōstat olim lingua græca permixtas fuisse, coniūcere licet καὶ ante quaslibet litteras perpetuum suum sonum tenuisse, nempe τὸ κ. Sic germani vocant καὶ Cāpā, kaiser. templum domini kirike sive kirche, ἀπὸ τὸ κυριακή, sicut dominicam dom. Nos Belgae & Angli kyssen dicimus quod graci καὶ Cāpā, id est, osculari, pér τὸ φάλαν, id est, ut tenue sine uero gallicum. Item iugulo kelen non celen: κρητήρ, Belgicē kyōes, crater. A κράζω clamo, ἀπὸ θ. ἔκφραστος, craghe, guttus, quod etiam ἀπὸ τῆς κραυγῆς, id est, à clamore dīci potest: κράτος potentia, cracht. κραταιός potens, crachtich. A κυνίν parēte, cuna, quasi cynæ, qui sunt leæculi in quibus infantes solent iacere; vel loca in quibus nascuntur: hinc Belgis kynth infans, puer, filius. A κρύπτει abscondere, celare, crupen, id est, latenter & clam repere, serpere: κακός

κακός quaed, malus.

κλάγγη clangere, clinken: κλέψω clepo, furor: hinc clippen, beclippen, callidè & furtim aliquem deprehendere. κηρδός keerse sive krieke.

A καίvardere, Flādrorum alij deducunt cafcoen, alij caue, Brabantis scauvve, quæ fumarium denotant: & omnes ex æquo Belgæ keerse candelam. κύκλον knizen, yellicare, mordere, dolore afficere. κίτη Belgicē ijsdem litteris, sono & significatiū kijte, id est, cista: καραβός crabe germanicē & Belgicē.

Certum est igitur καὶ eodem fuisse sono quacunque littera sequente, et Kixépōv pronuntiandum esse kikeroon. Id quod vel ab ipsis ranis discere licet, quibus hec littera peculiaris est. Nā audimus illas quotidie modulantes illud suum ερεκεκεκέζ, κοάζ κοάζ. Quas voces non alia littera Aristophanēs in Ranis potuit efferre, dum eam litteris conatur exprimere. Atqui ranæ non mutant cantionē suam tot iam séculis, et quum illis summa lingua religata sit, postrema qua fauces spectat, libera, sive ut aliter sonare non possint. Porro quod mutarū tam τοῦ γ καὶ τὸ κ νικη modi autē omnes vocales prolatio sit, argumēto est & illud, quod etiā huius ἀτatis greci (quibus tātum damus, quātum per antiquos dare licet) perpetuū hunc frequentēt in dicendo sonum.

Veteres quoque greci quod Latini per q effe runt, per κ reddunt, ipsa in veteribus

Quirites Κυρίται,

Torquatus Τορκάτος. Et sine u,

Aquilius Αχίλιος. Item cum e,

Quintus Κοιντος, alij κοιντος, numismata quædam ΚΟΥΙΝΤΟΣ. Latinè antem in antiquo numero C. Valentis Hostiliani Messij Quinti, qui fuit alter filiorum Imperatoris Decij, vidi mus scriptum ΚΟΥΙΝΤΟΣ.

Inueniuntur Græci nostrum c per γ reddisse, & contrâ:

Καλένιος pro Galbinius,

Σίγαμεροι pro Sicambri;

Sic Belgæ γονὺ κρης, id est, genu: & Latini gubernio pro κυβερνώ. Græci quoque μαρφεύς et κναφεύς pro fullone, unde fortè Belgicum κναφεύς famulus. Herod. οὐτε τὸ γάρμα τῷ κάππα διηγεῖται πολλάκις ἐν τῷ κναφείῳ περὶ τῶν γναφάλων.

Α, Λ, I. CAPUT XXIII.

ΑΜΒΑΑ, Lambda, non lamfda, ex He-

braeo nomine Lamed, & syncope inter-

posito ε, λάμδα: littera maximè lubri-

ca, plena dulcedinis & amoenitatis, mira suaui-

tate auribus illabitur. Valet I nostrum,

λέπχος lupus, λέπχω libo, λουπιανός λουπιανός λεπχος lily, λεπχω lecken, lingere.

Græci aliquando n sequente I per λ trans-

cavunt;

tulerunt;

tulerunt: Manlius Mællios scribētes. Inuenitur tamen et Mællius apud Plutarchum.

Ab huius litteræ forma λαμδεσιδης figura dicta est.

M, μ, m. CAPUT XXXIIII.

γ, my, hoc est mu per u gallicum, non

m, longius recessit ab Hebraeo nomi-  
ne Mem: Iones vocant μῶ, idem valet  
quod Latinum m.

Μάμην auia. hoc etiam infantuli matrem vel  
nutricem appellant, sicut patrem Tatam. Mart.  
lib. I.

Māmas atque Tatam habet Afra, sed ipsa Tatarū  
Dici & mammarum maxima mamma potest.

Cato, Qui cibum ac potionem Buas & Pappas,,  
vocat, & patrem Tatam, & matrem Mammam. ,

Hinc μαμμᾶν balbutientium puerorum vox.

Aristoph. μαμμᾶν δὲ ἀλίσσαγτι ἔχον σοι φέρων ἀρ-

έπον. Latinis mamma vber significat.

M molesta littera est in pronuntiādo, si finiat

diictionem, prorsusque obmutescens : cuius so-

num fugientes poetae Latini, curant eam eliden-

dam in carmine, sequente vocali. Ideo græcis

nulla dictio in eam terminatur, quod & ait Fa-

bius, à quo etiam mugiens vocatur, quia mugi-

Græcis näl  
la dittio in  
μ termi-  
natur.

mutum

F dixerunt

dixerunt Latini, & mutire. Ex quibus omnibus, vt hoc obiter dicamus, manifestè colligitur o vt u gracile enuntiadum esse.

N, v, n.

CAPVT XXV.

y Ny, hoc est Nu per u exile, ab Hebræo Nun abiecto ultimo n. Sonat n Latinum, debetque linguae mucrone intimos dentes & palatum feriente enuntiari, siue syllabam inchoet siue claudat, apud Græcos præsentim. Quintilianus de litterarum euphoniam, Quid, inquit, quod pleraque nos illa quasi mugiente littera cludimus m, qua nullum Græcè verbum cadit, at illi v iucundam, & in fine præcipue quasi tinnientē illius loco ponunt, qua est apud illos rarissima in clausulis.

Nōv Belg. nu, nunc,

Nēsw̄p Nestor.

yēmei distribuere. hinc Belgicè nemen capere.

Ξ, ξ, x.

CAP. XXVI.

I, xi, ab Hebræo Schin ductum videatur: Latini nomen inuertimus, ix dicentes. Valet cs vel gs, quod ex obliquorum analogia appetit. Dicimus enim φοίνιξ φοίνικος, et ἀγίλιξ ἀγίλιος. Interdū tamē x in obliquis adspiratur, sed præter recti naturam. Nam inter x et σ locus adspirationi nullus esse potest. Itaque quamuis dicamus ἡρίξ ἡρίχος, minimē tamē existi-

V E T. P R O N V N T S  
existimandū est ξ in ἡρίξ valere χσ.

83

O, o, o breue. CAP. XXVII.

M I K P O N, o paruu, & ipsum quoque, vt ait Plato, à Græcis pronuntiatur, peculiarequé nomen non habet. Nam Hebræorum nulla littera est huic respondens. Itaque hoc epitheton ei postea additum est, vt ab altero o magno distingueretur, quod velut o genuini est, sicut u longum e. Nam & ipsum o in initio dicebatur ε, sicut testantur Eustathius & Nigerius apud Gellium, & apertiū etiam liquet ex illo epigrammate quod Thrásymachi Sophistæ monumento inscriptum erat, vt docet Athenaeus lib. x. Est autem eiusmodi,

Τόωμομα τῆλα, βῶ, ἄλφα, σαν, υ, μῦ, ἄλφα, χι, ε, σαν,

Παρίς χαλκιδάν, ή δὲ τέχην σοφίη.

Nam his litteris exprimitur ἡρίσμαχος, itaque penultima littera ε non o, eo tempore dicebatur. Idem tamē scribit Græcos quū ε diphthongum significare vellent, interdū solo o vsos esse: ex qua consuetudine distichon illud Ausonij locutus explicatus.

Vna fuit quondam qua respondere Lacones

Littera, &amp; irato regi placuere negantes.

Nimirum o, non v, sicut quidam existimauit. Inde & opinor factum, vt nomina apud Latinos in us definitia ( quod tamen crassiore sono exprimebatur, sicut in u dicemus ) Græci per simplex o expresserint, vt

Fabius Φάβιος,

Publicola Ποστωκόλας; antiqui etiam dixerunt Poplicola, vt in multis vetustis nummis & mar moribus est inuenire:

Numitor Νομίτωρ.

Contrà Latini o Græcorum suo u expresserunt, vt ὁδυσεὺς Vlysses. Talis est etiam apud Romanos cognatio u cum o: upilio, opilio. Atque etiamnum hodie magna Galliæ Lugdunensis pars sic o pronuntiant vt ou intelligas. Narbonensis contrà ou. mutat in o. Sed rectius omnino fecerunt recentiores qui o ab ε diphthongo & appellatione & scriptione distinxerunt. Debet enim o intra palatum ore rotundo enuntiari, quod & ipsa figura indicat, vt o breue.

λόγος logos,

τῶνος ponos,

Ἑλκάς Belg. bulk siue bulk, nauis oneraria, quam alio nomine Græci φορτίδα ναῦ, seu φορτιγὸν appellant.

ε vero quia u habet admixtum, etiam labiorum cōpressione indiget, neque simplice sed compo sito sono constat. Itaque immerito græcis obiectum fuit ipsos non posse vno elemento sonum u Latini representare. Cur enim vna littera compositum sonum exprimant?

Pierius: O duplex est, acuta & grauis. Acuta, quum emissum ab imo pectore spiritum circa dentes sifit, & expedito eum ore resonare facit. Grauis, quum usque ad dentes emissum interius

VET. PRONUNT.

85

terius reuocat, & aliquantulum remotatur, quod ex ipsa etiam figura quodammodo repli cata ω vel Ω Græci constare voluerunt.

II, π, p.

CAP. XXVIII

Ι, Pi, ab Hebræo Pe nomen habet.

Π sonat P Latinum.

πατὴρ pater, German. vatter per digamma Aëolicum,

πλατὺς latus, a, um, Belgicè & Gallic. plat, id est planus,

πληγὴ plaga, Zelandis pleeghe, Flandris plague, θωρικῶς,

Ρ, ρ, rh, r.

CAP. XXIX.

Ω, Rhoo per o longum, ab Hebræo

Ρ Res longius remotum nomen habet. Valet r nostrum.

εργα harma,

Ἄρα Arat.

Apud Græcos perpetuò initio adspiratur. ρυτῆρ defensor, Belgis ruter, id est, eques, miles, Ρόδος Rhodus.

Ita vt quod nos Roma dicimus, Græci ρύμη scribant. & in medio dictiōnis geminatum prius tenue est, posterius adspiratur, vt Πύρρος purrhos.

Σ, σ, f.

CAP. XXX.

F 3

ΣΙΓΜΑ

ΙΓΜΑ, Sigma, à Samech Hebræo, fā  
Σ Εta quadam litteratum mutatione ac  
traiectione, Dores San vocant, sicut He  
rodotus & alij testantur. Sonat s Latinum.

Σάτυρος Satyrus,

Πίσω Piso,

Σέλευκος Seleucus,

σάκχος, saccus. Gallicè sac. Belg. zac.

σπατός exercitus. Belg. strate viam vel plateā si  
gnificat: heerstrate viā exercitus, vel viam regiā.

σκάφος Germ. stif. Belg. scip. Gall. scip.

σόμα, os oris: per σωμάτων Belgæ dicunt stam,  
id est mutus, quasi ἄσθομος, hoc est carens ore:

σγάν Belg. Zvighen,

σάν flaan,

σέλλειν mittere. item ordinare. Belg. stellen, po  
σέλειν stenen, gemere, (nere,  
στούδη festinatio, spoede,

Spira sine  
στέρπα.

στέρπειν seminare. Spreien verò Belgicè spargere  
transposito r. Ennius spiram hominū multitudi  
nem vocauit auctore Festo: & Græcis στέρπα ca  
teruam, manipulū, exercitum, & cohortem præ  
toriam significat. Inde Spira vbris Nemetū, Ger  
manicè Speir, sic dicta quòd in eam vrbem Con  
stantius, à quo vel condita vel ornata est, cohор  
tem prætoriam collocauit velut in speculam, ad  
custodiam ac defensionē totius viciniae. Quum  
enim in locis Spiræ vicinis diu commoratum  
esse cum exercitibus Constantium constet, ne  
que absurdum est neque alienū à veritate histo  
rica,

rica, Spiram nomen adeptum esse à Græcis co  
hortibus: quemadmodum Latiburgum, quod  
sedes est Episcopi Vormatiensis, à castris Latini  
nis, Heidelsheimum ab Helena Constantij cō  
iuge & magni Constantini matre, Brettam ἀπὸ  
τὸ βρετανὸν sive à Britannis, qui cum Helena  
Constantium sequuti sunt. Sunt & alia Roma  
norū exercituum ad Rhenum monumēta, vr  
bes scilicet, quæ Latina nomina conseruarunt,  
vt à Bacchi ara Bacharacum, à Traiani domo  
Treichshusen, ab ara Luna Arlunum, Colonia  
Agrippina &c.

Σίγμα apud Lucianum actionem instituit ad  
uersus ταῦ constitutis iudicibus septem vocali  
bus, conquerēs sele abs ταῦ pluribus dictio  
bus spoliari, ac quasi de possessione sua deiici.  
Pindaro κίεδηλον vocatur, hoc est, adulterina &  
non vera littera: adeò vt, teste Demetrio Phale  
reo, odas totas videre licuerit, quibus nullū in  
effet σ. Messalla Coruinus vocat sibilū: unde eti  
am colligi potest eius pronuntiatio, quę non est  
prorsus negligenda. Malè quippe à gallis infra  
cto sono & sicut zain Hebræorum pronuntiari  
solet, quoties vel in eadē vel in diuersis dictio  
nibus reperitur media inter duas vocales. Sic  
enim Causa pronūtiāt, ac si Causa scriptū effet,  
vt quidē vulgo zeta efferri solet. Sed hoc vitiū  
quū nonnulli vitare student, in aliud incidunt,  
ita pronūtiantes ac si duplex s' scriptū effet. Mo  
duis ergo tenendus est vt lenis sibilus audiatur.

Sigma enim efferendū non zigma, eo prope-  
modum sono quem nostri temporis inscritia tri-  
buit c litteræ, e vel i sequentibus, vt Älius An-  
tonius admonuit: cauēdūmque ne sonum *τοῦ ζ*  
referat, hoc est vt exemplis rem illustremus, ne  
idem sit sonus *ζῶνη* cñm σῆμα, ἀξιμος cum ἀξι-  
μος, φρέζω cum φρέσω. Nam σ multo exilius so-  
nat, vt luculentissimè videre est in dictionibus  
fanus, sedeo, Simon, soleo, super, & vltimis di-  
ctionū γλῶσσα, πλάσσω, ὄρθω, quæ genuinum  
huius elementi sonum probissimè exprimunt.  
Vnde Sextus quoque Pompeius Festus, Sileo,  
inquit, tacere significat, ficto verbo ab s littera.  
quæ nota silentij est.

Priscianus: S s̄epe pro adspiratione ponitur  
in his dictionibus quas à græcis sumsimus, vt  
semis, sex, septem, se, sal. Nam ἥμην, ξ, ἔπιδα, ἔ  
ἄλς apud illos adspirationem habent in princi-  
pio. Adeò autem cognatio est huic litteræ cum  
adspiratione, quod pro ea in quibusdam dicti-  
onibus solebant Boeoti pro s, h scribere, muha  
pro misa dicentes. Hæc ille. Ceterum diuersam  
olim fuisse huius litteræ maiuscule figuram ab  
ea quæ nunc usurpatur, ex eo liquere potest,  
quod ab Eurypide & Theodecte comparatur  
cincinno retorto, ab Agathone verò arcui Scy-  
thico, quorum versus suo loco subiectiemus ex  
Athenæi libro. Apparet autem hæc eius figura  
in vetustis codicibus, & numis, eadem prorsus  
ac C Latinorum, nisi quod extrema cornua ha-  
bet

bet intus magis reflexa, & magis oblonga, hoc  
modo C.

AY, non taf, sed tau, quomodo nautæ  
T litoris Belgici sonant *tau*, quod denotat  
funem nauticum. Apud Hebræos idem  
nomen habet. Valet t Latinum.

Tīray Titan,

τάσσειν ordinare, struere, Belg. *tassen*. hinc  
een hout-tas, strues lignorum:  
τέλος aliquando vestigal significat, Belgæ tolvo-  
cant, τελάνης autem tollenare,

Tānlālos Tantalos,

Ἄνθενιος Antonios,

πάντα panta:

Non (vt habent neotericorum Grammatico-  
rum inuenta) Tandalos, Andonios, pāda: quum  
t ante n, ne Latini quidem respuant.

Signum T apud Ägyptios magno in cultu, *Signum T*  
magnaque veneratione inter hieroglyphica sa-  
craque indigitamēta habitum est, & ab ijs nota  
salutis nūcupata, frequentissimumque est in illa  
nobili tabula hieroglyphica Petri Bembi. Sic in  
Exodo iussit dominus filijs Israël signum T in  
sanguine superliminari, & in vtroque poste in-  
scribi: ne (vt inquit D. Paulus ad Hebræos  
cap. xi.) qui vastabat primitiuā, tangeret eos. Et  
apud Ezechielem prophetam, Trālī, inquit do-  
minus, per medium cinitatem in medio Hieru-

salem: & signa Tau super frontes virorum gementium & dolétiū super cunctis abominationibus quæ fiunt in medio eius. Et illis dixit audiente me, Transite per ciuitatem sequentes eum, & percutite: non parcat oculus vester, neque misereamini. Senem, adolescentulū, & virginē, paruulos & mulieres interficite usque ad internectionem: omnem autem super quem visideritis Tau, ne occidatis, & à sanctuario meo incipite. Hæc ille cap. ix. Quapropter etiam T typus est sancro sanctæ Crucis Domini nostri IESV CHRISTI.

Y, v, y, siue u tenue. CAP. XXXII.

ΥΙΛΩΝ, y, hoc est u tenue, gracile, siue ex ile, (Virgilius litterā Pythagorē vocat,) simplex nomen non habet, nec Hebræis littera est quæ hinc respōdeat. Figura Yma iusculti & u minusculi cū V & v non malè cōuenit. Ex volatu gruum nata est, vt obseruauit Palamedes, iuxta Philostratū, & Martial. in Xenijs,

*Turbabis versus, nec littera tota volabit:*

*Vnam perdidieris si Palamedis auem.*

Peculiare autem est huic elemento, vt in capite dictionum perpetuò adspiretur, vt θωρ, θυμος. præterquam apud Æoles, qui spiritū adspiratum ignorat, θυμες dicentes pro θυμης, vos. Valenty, quod à Græcis mutuati sunt Latini, unde & y Græcum vocant: cuius sonus mediocris est inter i & oo, & tam Græcè quam Latinè ut u Gallicum enuntiandum est, non ut i. Vnde non fuerunt,

fuerunt, quorum è numero est Victorinus, qui litteram y nobis necessariam esse iudicarunt in gyla, proxymus, optymus, Sylla, pro quibus nos gula, proximus, optimus, vel proxumus, optimus, & Sulla sonamus: quanquam Sylla est usitatus. At Sosipater Carilius lib. 1. inquit, Guiliam, vt Iulius Modestus ait, per u scribemus, non per y, quæ græcis vocibus necessaria est, & sāpe in u transit. Quod quium non animaduerteret Iohan. Titemius Abbas alioqui abstruse doctus, in sua polygraphia has notas T. V. CICERO. LIB. ita legit, *Tullij Ciceronis liber*, quū legere debuissest *Turonis Ciceronis liberti*, id est, Tyronis, si Molinæ i. e. credimus: Nam, vt ego arbitror, sribendum Tiro, non Tyro, quod veteres codices & lapides indicant: neque enim græca dictio est, sed merè Latina.

ἶ, iuxta interpretem Aristophanis, & alios veteres grammaticos, ἔπιρρημα θαυμαστικὸν, ὅπερ ἡ τῇ σωματίᾳ λέγομδι δορθρανόμδροι τῆς κυλίσης: hoc est, ἶ est admirantis aduerbiū, vel imitatio sonitus, quem, nidorem odorantes, solemus spiritu naribus attracto reddere. In quo sonitu nō potes aliā litteram quam u gracile animaduertere. Aristophanis versus in Pluto sunt hi:

Συκ. Αργῆθον; ἔνδον ἐσὶν ἦ μιαρωτάτῳ

Πολὸν χρῆμα τεμαχῶν καὶ χρεῶν ὀπήημένων,  
ἢ ἕ, εἴ, εἴ, εἴ, εἴ, εἴ, εἴ.

Kap. Κακόδαιμον, δορθρόμενοι τι. Δι. τῆς Λύχους γ' ἵσως,  
Ἐπειδὴ τοιότον ἀμείχεται τριβώνιον.

Syc. Negabitis scelera? intus frusta pisium,  
Et carnium affatarum magna est copia.

Hu hu, hu hu, hu hu, hu hu, hu hu, hu hu.

Car. Quid olfacit miser iste? Inst. Frigus forstian,  
Huiusmodi quando est amictus penula.

Sola autem *v* ex omnibus vocalibus labiorum præsidio eget: vt ad soni hurius explicationem satis videatur, dicere coëuntibus labris *v* sonari. Vnde Dionysius Halicarnasseus dum *v* à ceteris sonis distingueret, eius naturam his verbis clarè expressit: Littera *v* quām *w* exiliōr est, & cum contractione quadam labiorum notabilis sonus angustus ac pœnè suffocatus exit ex ore: quum in *iota* contra ore paullulum dilatato sonus nequaquam in labijs resplēdeat, sed dentes spiritu feriat & pulset. Martianus item Capella ait quod *v* appressis labris spirituque procedit. Ceterè vocales considerentur, & nullam videbimus in labijs, præter *v* solam, hære-re, reliquas omnes apertiūs ore patenti ac dilatato cernimus euolare. Quare hæc vna de labris contrahendis nota ad soni naturam describendam satis posset. Priscianus eundem sonum in *v* esse dicit qui in *u* Latino est, quando inter *q* & *æ*, *e*, *i*: aut *g* & *æ*, *e*, *i* intercurrit, vt in his verbis, quisque, quæque, linguae, pingue, sanguis. Ex quo facilè quisham hic sonus sit intelligitur, si modò diligenter aduertatur.

*V vocans Latina, & Graecū est.* quendam sonum inter *u* Latinum, quod & Graecū cum

cum est, & i Latinum esse dicunt, sed pinguiorem aliquanto & magis opimum quām i, & molliorem ac teneriorem quām est u: ita vt neque i audias neque u. Quo sono veteres gy-lam, optymum, proxynum dicebant. Hic sonus in Latinam linguam venire non debet: olim enim nisi in certis verbis non efferebatur, & ideò à Grammaticis peregrinus sonus vocatur, & ad Græca verba exprimenda solū admissus. Nam Latini qui peregrinam litteram nullam recipiebant, sonantiūs aliud & grandius adferebant, quod soni magnitudine dignitatem orationi conciliaret: & hac simplici sinceraque voce minimè contenti, aliquid elaboratiū ornatiusque conquirebant, quintāmque Latino-rum vocalem *v* substituebant. Nunc à non-nullis contrā fit quām illi fecerunt, & Latinum *v* perpetam eo sono profertur quo veteres *v* proferebant. Quo vitio laborant præcipue gal-li, qui nunc pro *nunc* & *lumen* pro *lumen* dicunt. Ex ijs potest intelligi quid illa in Oratore Ciceronis verba significant. Purrum semper En-nius, nunquam Pyrrhum. Vi patefecerunt Fru-ges, non Phryges: ipsius antiqui declarant libri, nec enim græcam litteram adhibebant, nunc autem etiam duas: & quum Phrygum, & quum Phrygibus dicendum esset, absurdum erat aut tantum barbaris casibus græcam litteram adhi-bere, aut recto casu solū græcè loqui: tamen & Phryges & Pyrrhum aurium caussā dicimus. Hæc

*Quidam  
nūc u per-  
peram fo-  
nant, vt ve-  
teres u.*

Hæc Cicero. Sic M. Verrius Flaccus : Antiqua  
 „ consuetudine qua Græci πύργοι Burrum, πύξοι  
 „ buxum dicebāt. Itaque buculam burram, id est  
 rufam vocabāt : quod & Quintilianus & Sextus Pompeius Festus confirmant. Constat etiam  
 veteres  
 Ιλυρίους Illurios,  
 κάμπυνον cuminum,  
 κολλύριον collurium,  
 μοσχίναν murēnam,  
 μυτίλον mytilum, &  
 κλύω cluo dixisse.

Victorinus de enuntiatione litterarum: Loco  
 „ y, u litteram aptam nostris vocibus finximus,  
 „ quam nisi per y coniunctam græci scribere ac  
 „ pronuntiare non possunt. Indicat autem u Latinum sonare ut s, quod constat ex o et u. Idem  
 de orthographia: Quæ voces y litteræ sonum  
 „ exigunt, eas per y potius sicut exigit ratio, quam  
 „ per u scribere debemus, ut Eutychus, Hylas.

Vides vicinitatē y et u. Idem paullò pōst: y verò  
 „ eodem ordīne scriptū habemus quo illi, recisa  
 „ tātū virgula iuxta, sic vt quod apud illos iun-  
 „ ctū o litteræ u facit syllabam, nostri etiā quoties  
 „ eiusdem soni longa syllaba scribēda esset, & ipsi  
 „ adiungebant o litteræ. Inde scriptum legitis  
 Loucretios, nountios, loumen, & cetera.

Terentianus Maurus, cuius crebram mentio-  
 nem facit Priscianus,  
 Tertiam Romana lingua, quam vocat Y, nō habet:  
 Huius

Huius in locum videtur V Latina subdita,  
 Quæ vicem nobis rependit interim vacantis Y,  
 Quādo communem Latino reddit & Græco sonum.  
 Q. Terentius Scaurus: Y litteram superua-  
 cuam Latino sermoni putauerunt, quoniam pro  
 illa V cederet: sed quum quædam in nostrum  
 sermonem græca nomina admissa sint, in qui-  
 bus evidentēr sonus huius litteræ exprimitur,  
 vt hyperbaton, yt hymnus, & hyacinthus, & si-  
 milia, in eisdem hac littera necessariò utimur.  
 Vides vt Y parum differat ab u vocali Latina,  
 nec eadem sit cum i.

Pieriū licet recentior, V, inquit, procul in  
 labijs tota conquiescit. Vocalis ea apud Græcos  
 non habetur, sed eius soni vice diphthogum po-  
 nunt ou. quam Latini quum uno charactere sa-  
 pe scribi obseruassent, contracta in acutum par-  
 te inferiori, V suam fecere, per quā suum illum  
 visitatissimum peculiarēmque sonum expi-  
 rent. Verū multa etiam quæ Græci per u scri-  
 ptitant, ipsi per vocalem hanc suam signare in-  
 stituerunt, vt dōo duo, πύρρος Purrus.

Itaque sonus r̄s v̄l̄s, quum labijs prema-  
 tur, & medius inter s & i existat, & eudem in di-  
 cēdo sonum adferat quē u inter q & æ, e, i; alius  
 esse non potest, quam quod, u Gallicum ab  
 Erasmo nominatur, & hoc tempore in Latina  
 lingua tam latè patet. Restituatur igitur v  
 suo domestico nativoque sono, & u Latinum  
 ad s Græcum adscendat. Lunē enim nuntij,  
 acute,

acute, argute sic Gracè transferuntur λεπτον, νουσ-  
τι, ἀχετε, ἀργετε.

Quod si hic omnia Latina verba quæ à Græcis  
mutuata sunt, vellem percensere, facile intelli-  
geretur ab hac vicinitate quam memorauimus,  
illos non abhorruisse. Nos pauca è multis ad-  
feremus, in quibus Romani pro uero psilo suum u  
surparunt.

et siue tu, Latinè et Gallicè tu. neque enim tu  
pronunciandum ut tu, id est, quid.

ης siue οὐς sus,

μῦς Belg. muus eodem sono : Lat. mus.

Ligurire ἀπὸ τῆς λιγυρᾶς.

Α' μηλύω Amphitruo apud Plautum,

ὑπὲρ super,

ὑπὸ sub,

ὑπέρβιος superbus,

ρύω ruo, λύω luo,

πίνω spuo,

εύεις bubo,

φύω fuo. Virg. Tros Tyriūsque fuit:

τύμβος tumba,

ἀφύα apua,

πόρφυρα purpura,

βότρυς botrus,

τυφέων turbare, τύβη turbā,

συρῆω susurro,

σάχρω lacrumæ siue lacrymæ,

Erycina in veteribus inscriptionibus & numi-  
smatis E R Y C I N A,

Cubus

Cubus κύβος, figura est in omni latere quadrata,  
quales sunt tesseræ quibus in alueolo luditur,  
quæ etiam κύβοι à Græcis sunt appellatae. Igitur  
κύbos pronuntiandum, per k & u gallicum, non,  
ut vulgo, cibos vel κύbos.

Ab Assur ἀσσύριοι, à Ludio λύδιοι, teste Iosepho.  
ἀσσύριας ἦ (inquit) Νίγου δικίζει πόλιν, καὶ τοὺς  
ἐπικόοντας ἀσσυρίους ἐπωνόμασεν. Assuras urbem  
Nini condidit, & subditos de se Assurios deno-  
minavit. Et paulò pōst: δυς ἦ λύδους νῦν καλλήσι,  
λούδους ἦ τότε, λούδια, ἔκτισε. Qui verò Lydi  
nunc vocantur, olim Ludi dicti, Ludam auto-  
rem generis habuere.

Cutis græcam habet originem : hanc enim illi  
κύτος dicunt. Festus.

Idem κυλίχνη Culigna, potorum vas. Cato cap.  
c x x x i i, Ioui Dapali culignam vini quan-  
tum vis polluceto. Idem alibi: Culignam in fœ-  
no græco ponito, ut bene oleat.

Festus: Clutum græci κλυτὸν dicunt, unde acce-  
pta præpositione fit inclutus.

A Κάτων δeriuatur Capua. Virg. Aeneid. x.

Et Capys, hinc nomen Capuanæ dicitur urbi.

Cuprum & æs Cuprium Plinio, quod græcis  
κύπριον vocatur. Hinc Palladio Cuprini clavi.  
Thyle, Thule Virgilio & alijs. Philyra, Philura  
apud Plinium, & Ouid. s. Fastor.

Quem Dioscorides φύκον θαλάσσιον vocat (est  
autem is frutex in Creta nascentis) hunc Plinius  
& alijs fucus marinum vocant. Fucus hoc mo-

G do vi-

do videtur accipi in l. vltima, *g. species*, Digest. de publican. quanquam & pro fuso muliebri possit sumi. κυπάρισσος cupressus, παρὰ τὸ κυνίν περίτες τοὺς ἀργεύοντας, hoc est, ab eo quod ex aequo & ramos & fructus creet. Hallucinari dictum ἀπὸ τῆς ἀλένων, quod est languere vel obstupefcere, ut auctor est Cloatius Verrius apud Gellium lib. x v 1. cap. 11. Ideoq; multi Allucinari scribunt. Αἴμιλος ἄμμος, mutata paullulum significatio-ne. Et quæ sunt eius generis pœnè infinita à Græcis deducta, u. habent. Sic Terentius apertissimè dixit, *An in astu venit, pro aësu*, hoc est ciuitatem: Tacitus autē Sullam ( quam alij Syllam, & Plurarchus Σόλλαν ) Sibullam, omniaque quæ per u. scribuntur, in u. traduxit, & hoc perpetuò in omni libro obseruat. Iurisconsulti nostri Senatusconsultum Tertullianum & Tertyllianū. Quod inde accidisse verisimile est, quia quum Romani destituerentur voce *v*, nec haberet litteram quæ omni ex parte ei responderet, deflexerunt ad vocem proximam, pro *v* sonantes u. quod etiam nunc hodie euenit Italisch & Hispanis Belgicè vel Gallicè loquètibus. Nam pro *buten*, id est foris, dicunt *bouten*, pro *muraille*, *mouraille*: hoc est pro *βοῦ* & *μωρός*, *εὐτι μωρός*.

Contrà Græci u breue Latinum reddentes, u. scribunt, qualia multa possent ex Plutarcho & alijs

Romulus Ρέμουλος,

Tigurini Τιγυρῖνοι,

Apuleius Απούλιος,

Fauistulus Φαιντουλος,

Quæstor κωαῖσαρ, Quintus κύνητος.

Que quis non videt proferri non posse *ciffor* & *cindos*?

L. Calpurnium Pisonem Frugi Dionysius Halicarnassus vocat Λεύκιος Πίζων τὸν φρυγί. Apud Dionem vocatur Λόύκιος καλπούργιος λ. q. πίζων φρυγίος, sed deprauat.

Quin & animantium hoc loco voces accersimus: οἰλούχην v lulare ὑλαικήν, Belg. uilen. inugire tium voces μυκάζεν, grunnire στρέζεν. Cucurrire ad galli modum Aristophanes in Rānis κοκκύζεν dixit, quod etiam proprium est vocis noctua siue cululi, qui Græc κόκκυξ dicitur, & nomen suum cantu natuō prodit, Belgicè cockunt, & Gallicè concou siue cocon vocatur: quæ autis in θεοῖς cantus non i sonat, sed u Gallicum. Huic affine est cucubare, quæ voce virtut auctor Philomelæ:

*Noctua lucifugis cucubat in tenebris.*

Eandem Pollux νίζεν vocat, Morelius Gallicè interpretatur huier comme un bibou ou chabuan, Quæ omnes voces, si non integrè, vt debent, sed corruptè, vt vulgo, pronuntientur, nihil adferrunt, quare ad imitationem animantium ydeantur esse factæ.

Ad hæc multæ voces Gallicè ac Belgicæ à G 2 Græcis

*Gallicæ & Belgicæ vobis à Græcis manifestò petitæ, vbi cuncte vestes, u Gallicum retinent.*

*Sùp' inactare bestias & immolare. Galli tuér, occidere, abiecta adspiratione.*

*Bègūv emanare. Et quoniam aqua è fonte quum manat, impetu suo sonum quendam reddit, sonum illum ad homines aliaſque res transfrerunt Galli. Dicunt enim *bruire*, & *menēr* & *faire bruit*.*

*Bègūv crumena, Belg. Burze, call, bourse, à corio ex quo confici solet, appellatur.*

*Sùp' duere Belg. Paulus qui Festo adiunctus est, Obturare, inquit; ex Græco trahitur, ab eo quodd illi ostia dicunt Sùp'as.*

*A. Sùp'as diemergere Belgæ fecerunt duven, premere, supprimere.*

*Wōp German. Feur, Batauicè vuur, ignis. Quid multis: huius litteræ prolatione sole clarius cernitur in diphthongis au, eu, & præsertim ou: quæ sonant non ai, ei, oi, sed au, eu, ou, vt infra suis locis latius.*

*Quod si adhuc ita es praefractarius, vt mor-  
dicus velis tueri eandem τοδ' u & τοδ' η pronun-  
tiationem esse, & utrumque pronuntiandum  
vt i, quid quæſo ſibi vult Regius propheta Da-  
uid, quum ait, ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ θεὸς ἡμῶν; quid,  
inquam, significat? an quia ipſe eſt Deus noster, an  
verò Deus noster? Nam in ἡμῶν & ὡμῶν, quan-  
quam scriptura ſit diuersa, ſecundum te pronun-  
tatio eſt eadem. Rursus psalmo 113. προσθέτη  
κύριος*

*ἡμῶν.  
ὡμῶν.*

*κύριος ἡφ' ἡμῶν, ἡφ' ὡμῶν, καὶ ἔται τοὺς ψόδους ὡμῶν. Item illud, πιπός ὡμῶν, quis intelliget ex pronuntiatione num designet, quid ad vos, an verò, quid ad nos? Deinde si de fundo inter aliquos controuersia fit, & altera pars dicat, φημι τούτα τὰ ἀγγόν ἡμῶν εἶναι: quis sciet an inter eos conueniat nec ne, significetque *Aio hunc agrum nosstrum*, an verò *νεφρίν*, eſſe? Quasi verò tam inepti veteres illi Græci fuerint, vt apud eos non fuerit diſcriumen ἡμῶν & ὡμῶν: quum de meo & tuo, nostro & veftro, præcipua ſemper in iudi- cijs quæſtio fuerit.*

Sonus igitur u ſive y tam Græcè quam Latine, vt ſuprā dictum eſt, perperam hodie confun- ditur cum Iota, ad cuius exilitatem proxime accedit: eſt enim medius inter i & u, ac idem cum u Gallico: qualis ab Hebræis in puncto kibbutz efferri ſolet, vt inquit Iohan. Checūs. Quocirca diligenter obſeruandum, vt u vocalis Latina, quæ eadem planè eſt cum y, teste Terentiano. qua de re in y etiam, qua licebit perspicuitate, quædam tra-  
ctabimus.

*Φ, φ, ψ, β, γ consonans, digamma Æolicum.*

CAP. XXXI II.

I, Phi, nomen habet ex Hebræo Phe, Φ quod & Pe dicitur, respondet f Latino, id eſt τὸ δίγαμμα Æolico, vt nunc quidem effertur. Nam olim (vt recte ſcribit

G 3 Priscia-

Priscianus) fvero τὸ διγάμμα sono enuntiabitur, ita scilicet vt nunc v consonans: eratque is sonus solis inter Græcos Aeolibus peculiari. Sed postea in eius locum successit v consonans, ipsum vero digamma in locum p adspirationis: quod tamen in vocabulis Græcis seruatum est, vt in Philosophia, Philomela, Sophista, & multis eiusmodi. Pauca tamen excipiuntur, vt

fama	{ οὐκίη,
fuga	{ οὐγή,
fagus	{ οὐγός,
fur	{ οὐρ,

& alia præterea nonnulla quae usus obtinuit vt per scriberentur, quamuis eræca sint. Hæc igitur causa est, cur Cicero, pro Fundanio (sicut annotat Fabius) testem irriscit qui primæ eius litteram dicere non posset. Quum enim esset digamma, græcus ille testis vel eius litteræ sonum ignorabat, a solis scilicet Aeolibus inter græcos usurpatum, vel certè pronuntiabat vt etiamnum hodie germani solent: ita scilicet vt is sonus audiretur quem nunc tribuimus v consonanti, quum ex Latinorum consuetudine, quam ipse ignorabat, non vt digamma, sed vt π adspiratum esset enuntiandum, id est vt φ Græcorum. Nam idcirco etiam ipsi pro

Fabius	{ Φαβίος,
Fabricius	{ Φαβρίνιος,
Figulus	{ Φίγολος,
Signifer	{ Σίγνιφερ,
Francus	{ Φράγκος.

Illa vero quæ à Latinis per v consonantem proficeruntur, per ou diphthongum exprimuntur: sicut ex Dionysio apparet lib. ἀρχαιολογίας a, vt pro Velia & Valerius, οὐλία & Οὐλέριος, iuncto syllabarū numero, quod eam litteram eumq; sonum soli ex Græcis Aeoles usurparent. Apud Latinos igitur quū f in p aspirati sonū successisset, vna v littera propter characterum inopiam, & pro vocali & pro consonante coepit usurpari. Idcirco Claudio Cæsar τὸ διγάμμα usum voluit reuocare in v consonantis locū, sed inuersa eius figura vt γ, idq; necessario, nē cū f confundetur, quod pro ph longa iam consuetudine usurpatur. Confirmat hec igitur nostram de f littera opinionem, et satis, ni fallor, ostendunt eos non recte sentire qui interf & φ discrimen aliquod conatur constitui, inter quos est Priscianus, qui f non tam fixis labris vult pronuntiarī quam φ.

Belge nullum discrimen constituit, dum φερετον vocant fertre,  
φίλον lief inuenio ordine, id est amicum, & lief corpus, quo ferè nihil carius habemus.

Cicero ad Atticum lib ix. fundū suum Formianum vocat digamma, quod nomen eius ab F littera initium sumeret, cuius figuram & sonum representat: eoque græci vtebantur initio dictiōnum à vocali adspirata incipientium, ετοι Feferoi, Heneti Veneti. itemque in medio, si vocalium concursus erat, ΩΟΝ ΩΦΟΝ dicentes, vnde nostrū Ouū; & ΟΙΣ ΟΦΙΣ, vnde Ouis:

ΒΟΟΣ ΒΟΦΟΣ Bouis. Sed præstat Terentiani Mauri Grammatici antiquissimi & grauiissimi versus huic adferre.

Nominum multa inchoata litteris vocalibus  
Aeolicus vsus vertit, & digamma præficit:  
Aeolica dialectos autem mista ferme est\* Italæ:  
Hesperum quum dico Græcè, Vesperū cognominat,  
E' sc̄a sic Vesta facta, Vestis ἡδη dicitur,  
Iva quem Græci vocamus, Vim iubet me dicere.  
tag est multis in vsu, & magis poëticum est,  
Ip enim nativa vox est: ille Ver hoc dicitat.  
Quos Homerus dixit E' velov̄, ille Venetos autu-  
mat.

Et Viola flos nuncupatur, quem Graij vocant iōv,  
Et Ioldaus ille Violens, crede Marco Tullio.  
Quāquo i'ruo dicūt Achæi, bāc Vitym ḡs Aeoli.  
Plura Sappho comprobauit, Aeoles, & ceteri.

X, χ, ch.

C A P. XXXIIII.

I, Chi, apud Hebraeos nihil habet cui  
X respondeat. Nomē formatum est ad mo-  
dum π̄, φ̄, &c. valet ch, seu c aspiratum;  
profertur enim aère è gutture erumpente.

χάλυβες Chalybes,

χάος chaos,

χιονή Chione, scortum nobile apud Iuuenalem.  
de qua ita Martialis,

Digna tuo cursis, indignaque nomine, dicam:

Candida es & nigra es: non es & es Chione.

χλαμός chlamys.

Latini eadem figura suum x̄ notant: vndē er-  
ror

ror scribendi xp̄s natus est, quod Græci per ab-  
breuiationem scribunt xp̄s. X enim Latinum  
simile est χ̄ Græco, & P Latinum p̄Ω Greco. In-  
de passim inueniuntur numismata Imperatoris  
Constantini magni cum hoc signo, quod ipsi  
etiamnum ethnico in somnis apparuisse. ~~A~~  
tradunt, quo etiam sequentes aliquot Im-  
peratores fidem Christianam amplexi tam in  
nummis quam in labaris suis vñi comperiuntur.  
Erat autem λαζαρὸν insigne seu vexillū militare  
in expeditiōnibus ante Imperatorem gestari so-  
litum, auro intertextum, geminisque intermicā-  
tibus splendidissimum, tantæ olim existimatio-  
nis, vt à militari turba adoraretur: quemadmo-  
dum testantur Tertullianus, Ambrosius, Sozo-  
menus, Cassiodorus, Rufinus, Prudētius, & alij.

Labarum.

Υ, ψ, ps, bs. C A P. XXXV.

ι, psi, ab Hebraeo etiam nomen non ha-  
bet, sed ad formam ξ, π̄, χ̄, nominatum

est. Sonat vt ps, & aliquando vt bs:

ἄθιοψ, ἀθίοπος, ἀθιops,

ψαλμός psalmus,

ἄραψ, ἄραψ arabs.

Ω, ω, oo, siue o longum.

C A P. XXXVI.

Μέγα, id est o magnum, ita vocatum est  
Ω ex collatione cum altero quod μικρὸν di-  
citur. Est enim re vera magnum, siue  
quantitatē sp̄ctes, quum sit natura longum,

G 5 siue

sue figuram, quum sit veluti ex duobus  $\omega$  conflatum ex veterum consuetudine, qui (vt inquit Fabius) ante repertā temporis longi notam vocales productas in scribendo geminabat. Valet autem  $\omega$  longum, proferendumque vt  $\omega\omega$  duplicatum, non iētu vocis, sed productione, eodemque planè modò pronuntiadum *fw̄tos*, id est, cibus, vt Belgis *broot*, hoc est panis, à Græco deductum.

Item *φύων*, id est Romam, Belgæ eodem sono dicunt *Rome*. serum lactis *room*, ἀπὸ τῆς φύους, id est à fortitudine, vt pote optimū & præstansissimum.

Ab  $\omega$  incipit dictio Belgica *ooghe*, id est oculus, *εψι* sonat, vt *hooren* audire, *μερός* stultus, vt Belgis *moor*, id est Aethiops vel Maurus. Suetonius indicat Neronem Cesaremi mortuo Claudio stultitiam exprobare solitum vnius vocalis productione. Quoties enim incideret vt diceret illum esse mortuum, ita loquebatur, Desijt inter viuos morari, porrecta prima syllaba. Quis autem erat hic ioco locutus, si quemadmodum nunc loquimur, ita tunc quoque nullum longa brevisque discrimen percipiebat auditorum aures?

Prior syllaba in *εψις* sonat, vt Belgicè *boom*, id est, arbor,

Posterior in *ωδοχεν*, vt *schoon*, pulcher, *μαρών*, vt *soon*, id est, sonus, *καλών*, vt *loon*, merces.

Vis verum discrimen *τε ομηρός* & *ω μεγάλης*; Discrimen accipe. Hæ dictiones Belgicæ sonant  $\omega$ : Op-

positæ  $\omega$ .

*boopen* sperare, *boopen* cumulare,

*cop* caput, *apex*, vel vertex, *coop* emtio,

*los* pro *loſch* strabo, *loos* callidus,

*rot* putridus, *root* ruber,

*lot* stupidus, *boot* scapha, *boot* plumbum.

*lot* sors, *boot* plumbum.

In vocibus Gallicis sonum *τε ω μεγάλος* agrè

reperias: non admodum tamen absimilis est so-

nus in dictioribus *bois*, hoc est, *sylua* vel *lignum*,

*vois* vox.

Noīse controversia siue contentio, & similibus.

præsertim si à Belgis, qui Gallicè primū discere

incipiunt, ex proferantur. Illi enim præpomo-

dum nihil aliud sonant, quam *boos*, *voos*, *noose*.

Testatur ipse Ouidius I. Fastorum suo tem-

pore  $\omega$  fuisse duplex  $\omega$ , quum eruit etymologiā

agonalium his versibus:

*Pars quia non veniat pecudes, sed agantur, ab actu*

*Nomen Agonalem credit habere diem.*

*Pars putat bac festum prisca Agonalia dictum,*

*Vna sit ut proprio littera dematalo.*

De  $\omega$  &  $\epsilon$  Plato in Cratilo, & in Phædro ait, quod sola quantitate differant: similiter & Aristotle in poëtica, & Dionysius Halicarnasseus in Rhetorica. In summa in hoc conueniuntan-

tiqui omnes.

X HIS XXIIII litteris, Vocales sunt  
E septem, id est quæ per se possunt plenam vocem edere, & ε η ι ο υ ω. Breves duas, ε ο: quibus respondent totidem longæ ν ω contractæ ex duabus breuibus, solaque quantitate ab ijs differentes: & tres ancipites siue communes, id est in quibusdam vocabulis longæ, in quibusdam breues, in paucis indifferentes. Priscianus: Vocales autem apud Latinos omnes sunt ancipites vel liquidae, hoc est, que facilè modo produci, modo corripi possunt. Sicut etiam apud antiquissimos erat Graecorum ante inuentionem ν et ω: quibus inuentis que ancipites erant, remanserunt perpetuo breues, quum earum productiarum loca possessa sint a prædictis vocalibus semper longis. Hac Priscianus. Quod hac ratione factum esse ait, quia vetustissimi illi, si quando syllabam vellent producere, debebant eandem vocalem bis pingere, ΔΕΕΜΟΣ pro ΔΗΜΟΣ, ΑΝΟΠΟΟΠΟΣ pro ΑΝΘΡΩΠΟΣ. Postea Simonides Melicus ex duobus ΕΕ inuerit alterum, hoc modo Ε Η, deinde ea coniunxit ac effecit vnum Η, quam etiam notam adspirationis fuisse ostendimus. Hinc à Βελ, (vnde in euangelio Βεελγεεον δ ἀρχων δαιμονιων,) Belus græcis Βηλος, primus Assyriorum rex, Nini pater: cui vita functo templum erexerunt Babylonij, diuinisque eum honoribus sunt prosequuti. Sic etiam duplex eo vniuit Simonides, hoc modo ω.

Ancipi-

Ancipites autem ferè certam habent quantitatem, quāquam apud graecos in ijsdem dicti omnibus interdum varient iuxta illud Martialis,

*Et quos ἄφες ἄφες decet sonare.*

Et illud Theocriti,

τολλάχις ἡ Πολύφραγμη, τὰ μὴ καλὰ, καλὰ τέ φαγία.

Id est,

*O Polypheme*

*Quæ minime sūt pulchra, ea pulchra videtur amāti.  
Sed præstat hanc rem Terentiani Mauri trochaicis versibus illustriorem reddere.*

*Ergo Græcis eſe ſep̄tem ſcimus ē vocalibus*

*H & Ω, quæ bina pedibus fulminant tempora.*

*E & O breues vocari singularis temporis.*

*Ceteras tres quæ ſuperſunt διχόνους cognominat:  
Corripi quid ſaſe eadem ſaſe produci valent.*

*Αλφα primum eſt, inde λωτα, tertium quod u vocat.*

Et Paullò pōst:

*Litterā namque Evidemus eſe ad HTA proximā,  
Sicut O & Ω videntur eſe vicinæ ſibi.*

*Temporum momenta diſtant, non ſoni inatiuitas.*

*Inde veritū hanc in HTA ſaſe diphtögum Grayi,*

*Quandoquos iππης solebant aut ἀχαρνης dicere,*

*Leuigant, iππης que potius aut ἀχαρνης nominat.*

*Nōque Medeam Latinē ſic in r̄ſum vertimus,*

*Nomen & Regina ḡſit quod furens Amazonum:*

*Pentheſis*

*lea & τερ*

*Sic & ἀνέτα Achæus, noſter Aeneam vocat.*

*Δεοιλείας.*

*Sed & Martianus Capella dicit e Latinum duarum litterarum graecarum vim poſſidere: quum brevis eſt, τε ε, vt hoſte: quum longa eſt, τε η,*

*vt die:*

vt die: eodemque modo de statuendum esse. Et in hoc Virgilij, *Conticuere xvñixovñps*, dicunt esse tuum et tuum ε: primum namque ε, η est, alterum vero, ε est. In illo autem

—napti *Ganymedis honores*,  
δνάρης dicunt prius esse ο, posterius vero ω esse.

Reliquæ litteræ vocem non edunt; ideoque à Platone in Cratyllo & Theateto generali vocabulo ἀφέντα vocantur, id est vocis expertes: à grammaticis vero σύμφωνα, id est Consonantes, quod cum vocalibus adiunctis sonos suos communicent. Sunt autem numero xviι, β γ δ ζ θ κ λ μ ν ξ ρ σ τ φ χ ψ.

Ex quibus sunt ινιφωνα, id est Semiocales octo: sic dicitur, quod, vt nullas habent vocales adiunctas, quandam tamen strepitum & soni speciem edant, ζ ξ ψ λ μ ν ρ σ.

Ex his sunt διπλαζ, id est duplices tres, quod duarum litterarum sint compendia ζ ξ ψ.

Υγε, id est liquide quatuor, quod ita sint lubricæ, vt quasi liquecant in pronuntiando, λ μ ν ρ. Eadem etiam ἀμετάξεια dicuntur, id est Immutabiles, quod in formationibus casuum vel temporum non mutentur.

*Mονάδικον*, id est solitariū, vnu σ, quod ab alijs συνουσ, hoc est sine signo, vel ignobile vocatur.

Ceteræ nouem appellantur αφωνα, id est Mutata, quod per se neque vocem, vt vocales; neque strepitum edant vt Semiocales, β γ δ ξ ρ σ θ φ χ.

Ex his

Ex his autem φλα, id est Tenues tres sunt, exili scilicet & tenui sono contenta; ω x τ.

Δασια, id est Densæ totidem à superioribus procreatæ adiuncta adspiratione: quo fit vt tenuibus non asperiores quidem, vt vulgo putant, sed densiores sint, & quasi pinguiores, φ χ θ.

Μέτα, id est Mediae cuiusdam inter tenues & adspiratas naturæ, β γ δ.

Opponuntur autem inter se, & alia in alias sape transiunt, ideoque ἀντίθορα, id est litteræ inter se oppositæ vocantur: cuius oppositionis hæc est descriptio:

Tenues	Mediae	Adspiratae
ω	β	φ
χ	γ	θ
τ	δ	ς.

In triplici hoc ordine mutarum, id per quam pulchrum & commodū est, quod natura vnius litteræ, puta intermediæ, cognita, noris item reliquarum duarum, tenuis & adspiratae. Observabis igitur earum mutuā inter se συζυγιαν, cognitionem & affinitatem in qualibet serie: atque ita β medium sonum obtinere inter ω & φ, quemadmodum γ inter χ & τ, & δ inter τ & θ: ac tantum aere inter se differre. Repertendum hinc etiam x & γ ante & post omnes litteras uno eodemque modo semper sonari: x scilicet vt k vel q Latinum, γ verò paullò densius.

In adspiratis autem primum omnium vetus error

*Adspiratæ  
Asperæ.*

error ille corrigendus videtur, quo nonnulli iampridem has litteras pro adspiratis asperas nominat, quum potius densas & crassas vocare oporteat. Neque enim à græcis τραχέα γράμματα, sed ἀστα dicuntur: quod copiofiorem spiritum requirant, ut sit earum opima & quasi adipalis pronuntiatio. Quamobrem etiam litteras illas oppositas nō lenes, sed φιλαι, id est tenues & exiles appellant. R potius littera est aspera, & I contraria admodum lenis, sicut Ouidius his versiculis optimè declarat de Remurijs loquens, que postea Lemuria dicta sunt:

*Aspera mutata est in lenem tempore longo.  
Littera, quæ toto nomine prima fuit.*

Itaque à græcis initio dictionum, & si quando geminata occurserit, addito spiritu denso lenitur: tantum abest ut recte faciant qui densum cum aspero confundunt.

Hoc loco obiter adnotandum, omnia ferè vocabula in quibus apud Latinos inueniuntur ζ θ υ φ χ, græca esse, aut à græcis deriuata, saltem non Latina, ut gaza, baptizo, thalamus, ocyus ab ἔωδε, lacryma, philtrum, Christus. Quocirca vulgo peccatur in orthographia dictionum charus, sepulchrum, simulachrum, & similium: quum scribēda sint sine adspiratione, carus, sepulcrum, & simulacrum, fiunt enim duo superiora à supinis sepultum & simulatum, ut ab inuolutum inuolucrum, à fultum fulerum, à lauatum lauacrum, ab ambulatū ambulacrum, mutata t in c, & addita

& addita r. Testatur Seruius in iij. Georg. veteres scripsisse sepulchrum: post abiectam esse adspirationem r̄ eius verba sunt haec. Tria veteres habebant nomina in quibus c litteram sequeretur adspiratione, sepulchrū, orchus, pulcher: è quibus pulcher tantum hodie recipit adspirationem. Quid apertius? Pulcher certè in veteribus inscriptionibus, & numismatis sepius inuenitur, quam pulcer. Et hæc quidem habuimus hōc tempore quæ de litteris & germana earum pronuntiatione diceremus. Libuit autem quosdam Euripidis valde artificiosos & festiuos versus ex Atheneo subjcere, ex quibus cognoscere liceat antiquas quarundam litterarum formas. Apud Euripidem igitur in Theseo pastor quidam litterarum imperitus, litteras tandem quibus thesei nomine scribitur sic depingit:

Ἐγώ τείφυκα γραμμάτων μὲν σὸν ἴδριον,  
Μορφῶν δὲ λέξων, καὶ σαφῆ τεκμήρια.

Κύκλος τις φύσις τόνουσιν εἰκότερον δὲ μετρούμενος,

Οὔτος δὲ ἔχει σημῖδον σὺν μέσῳ σαφές.

Τὸ δεύτερον δὲ περιτάμενό γραμμάτων δύο,

Ταύτας διέργη δὲ μεσαῖς ἀλλι μία.

Τρίτον δὲ βοσρυχός τις ὡς εἴλιγμένος.

Τὸ δὲ τέταρτον δὲ μὲν εἰς δρյὸν μία,

Λοξάδη δὲ ἐπιστητικὴ τρεῖς κατεσηριγμένη

Εἰσὶν. τὸ πεμπτὸν δὲ σὸν σὺν ἐμπαρῷ φρέσου, καὶ

Γραμμάτη γάρ εἰσὶν σὺν διεσθίστων δύο,

Αὗται δὲ σωτρέχουσιν εἰς μίαν βάσιν.

Τὸ λοιπόν δὲ τῷ τρίτῳ προσεμφέρει.

Quos versus ita reddidit Natalis Venetus:

*Quam litterarum non peritus ipse sum,  
Dicam figuram, signaque evidenter.  
Est circulus toro velut factus bene,  
Signaque habens in ventre quod clarè patet.  
Binas secundæ forma lineas tenet:  
Difficit has medio incidentes mox altera.  
Cincinnus inde tortus ipsa tertia.  
Subit figura quarta, rectæ lineæ.  
Tres incidentes dividunt hanc lineæ.  
Quinquænam minus promittit ipsam dicere,  
Sunt differentes lineæ inter se due,  
Quæ conueniunt ambae simul in unam basim.  
Extrema differt nil figura tertia.*

Subiicit autem idem Atheneus Agathonis Tragici in Thelepho, & Theodectæ Phaselitæ eiusdem argumenti versiculos, ab ipsis non multum diversos, nisi quod Sigma comparant arcui Scythico, Epsilon uero tridenti in latus verso. Quos, ob elegantiam & similitudinem, vna cum Natalis versione libuit adscribere:

*Αγαθωνος,  
Γραφης δι τριστος ην μεδόμφαλος κύκλος,  
Ορθοίτε κυνόνες εξυγωμένοι δύο,  
Σκυδικῶτε τόξω τρίτον ην τροσεμφερές.  
Επιφτα τριόδυς ταλάγιος ην τροχεμφως.  
Εφ' ένος τε κυνόνος ην τοι εξυγωμένοι δύο.  
Θωρης δι τρίτον ην κατευτάμον ταλιν.*

Hoc est,  
*Est circulus pictus prior mesomphalus.*

Dua

*Duae iugatae quem sequuntur lineæ.  
Arcus Scytharum ut figura tertia est.  
Obliquus adiacet tridens quarto loco.  
Iunguntur inde binæ in una linea.  
Extrema forma est huic, fuit que tertia.*

*Θεοδίκτω,  
Γραφης δι τριστος ην μαλακόφαλμος κύκλος.  
Επιφτα δύο οι κυνόνες ισόμετροι τάσσου,  
Τούτους δι ταλάγιος διὰ μέσου συνδεται κυνάν.  
Τρίτον δι ελικτῷ βορεύω τροσεμφερές.  
Επιφτα τριόδυς ταλάγιος, οις έφαίγετο.  
Πέμπτον δι άγωνεν ισόμετροι φέδοι δύο,  
Αὗτας δι συντείνσιν εἰς βάσιν μίαν.  
Επτας δι τριερης καροβάσιν εῖ βόστρυχος.*

Id est,

*Ocellus est figura primo in circulo.  
Binæque sunt hinc lineæ pares simul,  
Transuersa quam mox incidentis ligat altera.  
Cincinnus ut contortus est hinc tertia.  
Obliquus apparebat hinc velut tridens.  
Tum virgule nascentur ex quinta duæ,  
Currunt in unam que basin ambae simul.  
At sexta sicuti prius cincinnus est.*

De litteris autem Latinis acutè admodum & breuiter his versibus lusit *Quintianus Stoa* *Martianum Capellam imitatus*:

- A sub directo memorabilis oris hiatu est.
- B simul inclusis profertur utrimque labellis.
- C linguam ad pulsos compellit ad usque molares.
- D cogit superos linguam contingere dentes.

H 2

E pauli

E paullum pressa profertur gutture lingua.  
 F labrum inferius superis cum dentibus urget.  
 G danus, extreum quum tangit lingua palatum.  
 H oritur tractus quum ventus fauicibus balat.  
 I linguam impellit collidi dentibus imis.  
 K fauces formant media cum parte palati.  
 L facit extreum contingens lingua palatum.  
 M quām fit, pressum premitur per utrumque labellū.  
 N lingua adpulsa collidit littera dentes.  
 O venit, exoritur quām spiritus ore rotundo.  
 P datur eruptis ter littera quinta labellis.  
 Q fit, in adpulso quām stringimus ora palati.  
 R facit ut supero crispetur lingua repulso.  
 S quām fit, peragit colliso sibila dente.  
 T linguam impulso contactis dentibus exit.  
 V facit os strictum, sic promula labra fatigat.  
 X reddit quidquid c. atque s. formare videamus.  
 Y psilon apprens̄ labris procedere iustum est.  
 Z eta sepulcralis imitatur concita dentes.  
 Haec tenus de litteris.

## De syllabis: deinde de diphthongis.

## CAP. XXXVII.

x litteris constituuntur syllabæ. Syllabam autem vocamus, docendi caussa, spiritus comprehensionē ad unam vocem exprimendam. Est autem in triplici differentia. Constat enim vel ex una vocali; vel ex duabus vocalibus in mixtam unam vocem coēuntibus: vel ex consonante una, vel pluribus cum

cum una vocali, aut duabus ad summum.

Primi generis syllabæ quinque sunt, quorū scilicet vocalium soni: nam *υ* & *ω* non voce, sed vocis quantitate differunt ab *ε* & *ο*.

Secundi generis Diphthongi, id est gemini-sona appellantur, quod ex duabus vocalibus tertiam unam efficientibus componantur.

Tertiij generis syllabæ ex consonantiū & vocalium multiplici connexione pœnè sunt infinitæ, quas enumerare minimè necesse est.

Diphthongus autē ita solet definiri à grammaticis, vt sit syllabæ ex duabus vocalibus sonum suum retinentibus conflata, ita dicta quod duos φόργης, id est sonos efficiat. Sic Terentianus Maurus,

Vnde Diphthongos eas

Græcie dicunt magistri: quod due iunctæ simul Syllabam sonant in unam, vique gemina prædicta.

Ego verò malim dicere, In unam mixtam vocem coēuntibus (nam alioqui quando distinetæ sunt vocalium voces, duas syllabæ nascantur necesse est) aut hoc certè addiderim definitioni, Quæ raptim & uno spiritu proferri possunt.

Diphthongi sunt duodecim: nouem propriæ, tres impropriæ: quod pace Grammaticorum dictum velim, qui totidem proprias quo impropriæ numerant.

Propriæ dicuntur, quod postulet eas naturalis prolatione, hoc est, quod duas vocales, vt integrè scribuntur, ita integrè pronuntiantur: vel

Diphthongi propriæ nouem.

quòd vna eadémque syllaba geminæ vocalis sōnum edat.

ay	ai	e
au	au	af
ei	ei	i
eu	eu	ef
oi	oi	i
ou	ou	u
vi vel q	ui	i
eu	eeu	if
wu	oo	of.
non		

Ex quibus hodie vulgo sola *ou* rectè pronuntiatur, ceteræ omnes depravatè. Tres verò posteriores haec tenus inter impropias numerantur.

Impropriae siue abusivæ diphthongi sunt, quæ contra veram rationē & definitionem diphthongi & scribuntur & proferuntur: hoc est, quando prior solum vocalis integrè pingitur & enuntiatur, & subscriptum non exauditur: sic vocatae, quòd naturalis pronuntiatio ipsas non requirat. Nam vt simplices vocales efferuntur, nec compositam vocem edunt.

α a  
γ ee } non { i  
ω oo } o.

De diphthongorum propriarum sōno in genere.

CAP. XXXIX.

V I duos sonos in diphthongis non agnoscent, quomodo illas diphthongos existimare possūt? quomodo enim à voca-

à vocalibus sono distant, si simplicem aliquem sonum adferunt? Diphthongus enim non scriptura, sed voce cernitur: alias non diphthongus sed digraphus est. Cur autem quum diphthongi omnes propriæ definitione diphongorum continentur, quædam duos sonos, vt *au eu ou* & *wu*, quædam simplicem habent, vt *ay ei oi u*? At id sanè, si diphthongus aliquid sit, & si quid diphthongus à vocali distet, verum esse non potest. Et quum usus in diphthongorum numerum istas retulerit, cur abusus dimidiā & meliorem soni partem ab illis auferet? Detur hoc usui vt diphthongos faciat, vocales faciat, syllabas faciat: sed hoc dare usui nemo potest, vt quamdiu diphthongum eam faciat, illud ab ea auferat quo diphthongus sit. Eximantur igitur è numero diphthongorum, si nihil in sōno cum diphthongis habent commune. At Quintilianus querendum putauit, quomodo duabus demum vocalibus in seiphas coēundi natura sit, quum consonantium nulla nisi alteram frangat. Sed hoc est pati illas minimè in seiphas coīre, si alteram extrahas, & obtorto collo illam à sonādo rapias, ne sōnus è duabus vocalibus in seiphas coēuntibus collectus efferratur. Si in sonando nihil altera vocalis adiuet, tum non modò tota frangit, sed etiam consumit. Igitur vt diphthongus fiat, copulatio non modò litterarum, sed sonorum fieri debet, ne videlicet quo ceteræ linguae omnes

abundant, eo græca & Latina lingua destituantur. Diphthongi autem quum minimè simpli-  
ces voces, sed compositæ & diuisibiles sint, in va-  
rios sonos tribui possunt. Quomodo enim d'au-  
gustinus talis diphthongorum esset, nisi diphthon-  
gus coitionem illorum sonorū antea habuisset:  
vt *παις*, *παιης*. Aut quomodo *τιμωρεος* fieri ali-  
quorū potest quæ non antea seuncta separataq;  
voce erant? vt *Εαστιλει* *Εαστιλη*, *δις οις*. Videmus au-  
tem vt Iones sæpe ex *αι* reijciant *i*, & relinquant:  
sæpe *ει* et *οι* in *ει* et *οι* diuidant. Sequitur ergo va-  
calem præpositiū æquæ proferēdam vt subiun-  
ctiuam. Nam si res diuisas vocesq; diphthongo-  
rum separatas pronuntiamus, quid ni easdē con-  
iunctas? Quid? Itāne illorum natura dissentiens  
est, vt ad societatem soni adduci non possint? At  
quare tantopere in græca lingua dissentirent,  
quum in omnibus iam alijs linguis cum suauiti-  
tate usurpentur? Non igitur rei natura hoc  
fit, neque aurium caussa; quia si in re consisteret,  
in nulla lingua hoc fieri posset. Sin aures ab  
eo abhorrent, cur in patrijs linguis cum vo-  
luptate audiuntur, vbi aures omnium & peri-  
fissimæ & delicatissimæ sunt? Et quoniam in  
græcis diphthongorum sonis vel i subiungi ne-  
cessæ est vel u, vt verè Terentianus dixit, nos  
quoque elaborabimus vt istarum litterarum  
sonus subiungatur, nō dominetur. Nō enim ibi  
quidquā subiungimus vbi nihil antecedit: sed vt  
subiungatur quod sequitur, necesse est aliquid  
consti-

constituatur quod præponitur. At litteræ qua-  
tuor vocales præponuntur in proprijs diphthon-  
gis, et u quoque quinque vocales quasi duces  
soni anteēunt, quibus illæ vt scriptura sic sono  
subiunguntur: quod quemadmodū in diphthon-  
gis quibus u subiicitur est perspicuum, sic in  
diphthongis quibus postponitur esse quoque  
debet manifestum. Nam in ijs quæ u subiectum  
habet, vitium in prioribus litteris est: in ijs qui-  
bus u subditur, vitium in ipso u est. Nam vna tan-  
tum diphthongus & nobis pura puta in sono ha-  
ctenus relicta est.

I igitur diphthongus nullo modo sonat  
A vt e, sed planè Latinorum ai responderet,  
raptim scilicet & vno spiritu pronun-  
tiato, vt post a non respire, ne duæ syllabæ pro  
vna audiantur. Hinc Plutarchus in Symposia-  
cis & litteram semper præesse ceteris vocalibus,  
nunquam subiici, & eam in dicendo, quidquid  
cōsequatur, sonum suum retinere dicit, ac cete-  
ris simul cum eo sonantibus vti. Neque enim  
vel post i vel u si ponatur & cum illis conue-  
niat, aut illorum sic ductum sequetur vt ex ijs  
vna fiat syllaba, sed quasi indignabunda littera  
& sese admodum efferens dominatum quaret  
semper. Et si alteri illarum præponatur, tum  
subsequentे illa & simul sonante vtitur, & syllabas  
etiam verborū facit, vt in *ἄνθροι*, *ἄνθει*, *ἄντας*,

αὐδεῖσθαι, et sexcentis alijs. Hac ille. Quod si α συμφωνήι ἡ ἀκολούθη χρῆται, vt Plutarchus dicit, quis negabit & in eo & simul sonare? An ex litteræ dominatum non amittunt, quæ in sono non minuuntur modò, & quasi de gradu de ieiuntur, sed prolsus extinguntur, vt ne minimus quidem eius sensus in auribus remaneat? An non idem accidit quum & littera τῶι nullo modo consonat, si neutra harum sonum habeat, sed quoddā peregrinum pro vtroque reponatur? Itaque simul ista sic sonent, vt consonare & consentire possint. Nunc autem quasi neutra digna sono sit, tertiu aliquid, nempe & pro vtroque adhibetur. Perdet igitur & dominatum suum, & magistratu suo abibit, si in διας, in αὐδεῖσθαι, & sexcentis alijs, nihil sonet: sed hoc est impletum facere in magistratum, non pati vt munus suum vbi debet opportunè administret. Ex hoc igitur satis probetur & in αι reliquaque locis vbi ponitur sonum suum retinere, et cum illo consonare.

Quintilianus etiam, αι diphthongum Græcos semper per ai extulisse memorat: Nos ergo nequaquam græci sumus, qui diphthongum non efferimus.

*Pro a, pris-* Et Terentius Scaurus de Ortographia te-  
statur priscos Latinos diphthongum & græcis  
*nos a scri-* nos scribere solitos, quam postea muta-  
*pisse.* rint in α, sed ita pronuntiarint vt vtraque voca-  
lis exaudiaretur: quemadmodum etiam hoc tem-  
pore

pore prouuntiari deberet. Hinc in duobus numismatis antiquis in auro & argento sculptis, quæ mihi communicauit Hubertus Goltzius, videre est ab altera parte caput Vesta, & ab altera basilicam Aemiliam cum hac inscriptione A M I L I A R E F. S. C. M. L E P I D V S. Vnde multa diuisis syllabis remanserunt. Petrus Satyra vi. citat hoc carmen Ennij,

*Lund portum (est opere) cognoscite ciues.*

Idem Ennius,

*Albæ rex longæ.*

Lucretius,

*Ignoratur enim quæ sit natura animæ.*

Idem,

*Gelidæ stridor aquæ.*

Martialis,

*Attonitusque legis terra frugiferæ.*

Virgilius etiam vetustatis amantissimus,

*Aula in medio libabant pocula Bacchi.* Et,

*Dives equum, diues pictæ vestis & auri.*

In hoc nempe imitati sunt Græcos, qui ex ταῖς, hoc est pais, faciunt ταῖς.

Gellius probat hoc verbū *fēnus* nō à φάνεδαι Græco, vt quidam arbitrantur, sed a fetu ideo venire, quia M. Cato & ceteri eius ætatis fēnus & fēneratorem sine a sonabant, vnde existimat à φάνεδαι illud deduci non posse. At quis non ex hoc videt, in φάνεδαι illos & litteræ sono vfos esse? nunc per nos æquè à φάνεδαι ac à fetu venire potest, qui nullam in istis verbis differen-

*Fēnus.*

*Etymos logia.* differentiam ponimus, & propter soni confusioneum verborum etymologiam agnoscere non possumus. Sæpe enim Grammatici ineptas etymologias adferre nobis videntur, qui distinctionem sonorum non aduertimus. Quod si in veris sonis conqueredis laboreremus, in veris etymologijs constituendis minus hæreremus. Existimemus igitur, si a semper sonum retineat vbiunque incidentur: si semper à Græcis afferatur, si in φαινόμενοι ceterisque pronuntietur a debere a in αι diphthongo semper sonari. Cur enim non aquæ in Græcis hoc fieret, ac in Latinis, ubi Ajax & Achaia dicimus? cur nō eodem modo ἄιαλη et ἄχαλη Græcè sonamus. si Germanicis καισαρ recte kaiser vocatur, quid vetat eodem sono à Græcis hoc fieri? aut quare apud gracos vastus, apud Latinos & alios sublimis sonus est? cur in eisdem verbis tanta sonorum diffensio existit, ut vix cognoscamus eadem esse? Nunc verò quomodo illos versus apud Sophoclem legemus?

αι αι, τις ον ποτε φεδε φεδε επάνυμον  
τούμπων ξενοισκυ δύομα τοις έμοις κακοῖς;  
γῦν γάρ πάρεστι καὶ δις ἀπόζην έμοι,  
καὶ τρις. τοιούτοις γάρ κακοῖς ἐνυγχάνω.

Hoc est,

αι ai, quis unquam putasset sic concinnum  
Meum concurredum fuisse nomen meis malis?  
Nunc enim res fert et bis lamentari mibi,  
Et ter: in tales quippe miseras incido.

Quan-

Quanquam enim Pindarus sexto Isthmiorum, *Ajax* nomen ἄιαλος ἀπὸ τῆς φαινόμενος ἀερὸς deducat: de unde, cuius volatu auguratur Hercules exauditas suas preces, & futurum esse prædictit ut nascatur Telemoni fortissimus filius: non tamen minus fortasse recte Sophocles & alij à cœbra voce αι αι, vel ἀπὸ τῆς ἀιδησης, quod Theocrito etiā frequens ἀιδησης est, deriuant. Sic enīt auspicatur epitaphium Adonis, quod Bioni adscribit Camerarius:

Αἰαίω τὸν Αδωνιν. ἀπάλεο καλός. Αδωνις:

Ολέο καλός Αδωνις. Επαιδουσιν ἔργοις.

Quod ita vertit Eobanus Hessus;

Lamentamur Adonim, obit formosus Adonis,  
Pulcher Adonis obit, teneri allacrymantur amores.

Hoc autem modo efferendum esse aduerbum dolētis αι αι, testes sunt omnes ferè nationes & linguae, quæ non alio sono quam ai ai dolentis affectum exprimunt. Qua etiā vtitur is qui scripsit Bionis bucolici poëtē epitaphiū quod quidam Moscho tribuunt: nam Theocriti non esse, argumento est ipsius Theocriti in eo facta mentio. id tale est:

Νὴν ὑάκινθε λάλει τὰ σά γεάματα, καὶ τάλεον δι τῷ  
Λαύριανε τοις περάλοισι. καλὸς τέλυκη μελικτάς.

Nos ita ad verbum,

Nunc Hyacinthe elementa sones tua, plus etiā ai ai  
Frondibus excipias. bonus occidit ille poëta.

Eobanus περιφεστιώδες,

Nunc Hyacinthe sonet tua litteras scilicet ai ai,

Non tamen hoc satis est ai ai, plus ergo loquatur,

Littera

*Litterulasque velis folijs inscribere plures,  
Occidit indigna confectus morte poëta.*

Hyacinthus autem Suidæ est gentis violæ veræ, colore obscure purpureæ, quam à Romanis vacinium appellari auctor est Dioscorides. Galli, teste Ruellio, seruato Latini nominis vestigio vocant *vacietam*. Hoc violæ genus venis quibusdam nigris est distinctum, ita discurrentibus lineis, ut duarum Græcarum litterarum α & ι figuram referant: quæ res poëtis duplicitis fabulæ occasionem præbuit. Nam & Hyacinthum puerum dilectum ab Apolline, quem imprudens disci iactu interfecit, in hunc florem mutatum tradunt, interiectionemque dolentis αι, quæ ex duabus illis litteris conficitur, velut testimonium doloris, quem Apollo ex eius morte conceperat, habere inscriptam. Præterea etiam Aiacem in eundem florem conuersum aiunt, dura impatientia prælati sibi Vlyssis seipsum interemit, duâsque primas eius nominis litteras in hoc flore mansisse impressas. Ovidius utraque fabulam complexus est lib. xiiii. metamorph. his versibus:

*Rubefactaque sanguine tellus  
Purpureum viridi genuit decessite florem;  
Qui prius Oebalio fuerat de vulnere natus:  
Littera communis medijs pueroque viroque  
Inscripta est folijs, haec nominis illa queret.  
Ethoc ænigma apud Virgilium,  
Dic quibus in terris inscripti nomina regum  
Nascantur*

*Hyacin-*  
*tbus &*  
*Ajax in*  
*Violanu-*  
*mata.*

*Nascantur flores: & Phyllida solus habeto.*

Aduerbio & cōfīne est ἀλοῦ, id est heu, etiam dolentis & indignantis, interdum admirantis & gestientis præ gaudio. Quod quidem si ei proferatur, quis non videt quām nullum planè affectum mentis designet?

Hinc etiam ἀληνὸν siue ἀληνὸς lugubris quaëdam cätio: & similitudo vocis in χλαῖεν lugere, Bulg. *laghen*: quaë habentur in ipso statim initio eiusdem epitaphij Bionis planè lugubri, si rectè pronuntietur:

*Αληνὸν σογαχέτε νάπαι, καὶ δέριον θέρω:  
Καὶ τολαροὶ χλαῖοι τὸν ιμερόεντα Βίενα.*

Eobanus,

*Tristia lugentes suspiria dicte syluae,  
Nunc mibi Sicelides, & anare Doridos vnde,  
Flumina nunc defete peremptum morte Biona.*

Diphthongum hanc etiam exprimunt Baiae, quæ ciuitas est Campaniæ, à Baio Vlyssis socio illic sepulto: Græcis Baiaq. Silius,

— *Docet ille te pentes*

*Iude ferant nomē Baiae, comitēisque dediſe  
Dulibria puppis flagno ſua nomina monſtrat.*

Item Ambubaciarum collegia apud Horatiū. Sic Græcè ſonandum ειος breuis, pariuus, Traianus, non Treanus, Biscaia regio, Cantabriæ pars, Maia Maia, quod non potest vlo modo efferrī Mea. Nam hinc Maium menſem nonnulli no-men habere censem, teste Onidio lib. v. Fast.

*At tu*

*At tu materno donasti nomine mensem  
Inuentor curae furibus apte fidis.*

Theonis So Sed hīc Stephanus Vintoniensis episcopus  
pbijſtæ loz contra Iohannē Checum adserit locum Theo-  
nis restis, vt ostendat & ei eiusdem esse  
tutus. Est autem hic:

Ασερῆ ἐ τὸν ἔρυμέας ποιεῖ καὶ λεγομένη ἀμ-  
φιβολία τῷ διαλεκτικῷ, περὶ τὸν χωνὸν τὸ  
ἀδιαφέτον τε καὶ διηρμένου. ὡς οὐ τῷ, Αὐλητρὶς  
τεσσοῦ Κα δημοσία ἔστι. ἐν μὲν γάρ τοι ἔστι τὸ ὑφὲν,  
καὶ ἀδιαίρετον, Αὐλητρὶς ἔστια τεσσοῦ Κα δημοσία. ἔτε-  
ρον ἐ τὸ διηρμένον, Αὐλητρὶς τῷδε δημοσία. Vides, inquit, vt αἴσθοντες εξαρχεύεται in  
τεσσοῦ Κα δημοσία.

Hic locus doctis etiam posset prima facie ne-  
gotium facessere, nisi codicem esse mendosum,  
& τὸ διηρμένον non in τεσσοῦ Κα, sed in ἀλητρίᾳ  
esse, Checus liquidò euinceret, legehdūmque  
hoc modo: ἀλητρὶς τεσσοῦ Κα ἔστια δημοσία. ἐν μὲν  
γάρ τοι ἔστι τὸ ὑφὲν καὶ ἀδιαίρετον, Αὐλητρὶς ἔστια  
τεσσοῦ Κα δημοσία. ἔτερον ἐ τὸ διηρμένον, Αὐλητρὶς  
τεσσοῦ Κα ἔστια δημοσία. Ut αὐλητρὶς & ἀλητρὶς sit  
ἀδιαίρετον καὶ τὸ διηρμένον. In nullo enim græco  
Rhetore aut philosopho, qui quidē impressus  
exstat, τὸ ἀδιαίρετον καὶ τὸ διηρμένον reperitur, vbi  
in litteris et scriptura, que sonum imitabatur  
olim, & nunc imitari debet, aliqua discrepanzia  
aut varietas existit. Et subdit. Quid enim eo  
potest esse manifestius quod apud Laerium in  
vita Zenonis scribitur, vbi ex Stoicorum senten-  
tia

tia quid amphibolia sit ostendit? Ibi enim ex- *Amphibol-*  
emplo hoc ἀμφιβολίας vtebarur, quo etiam *lia.*  
Theon vltus est, ἀλητρὶς τεσσοῦ Κα δημοσία. Significatur  
enim ijs verbis, δικία τρὶς τεσσοῦ Κα δημοσία. Ex hoc autem  
vbi vltata ἀμφιβολία, & quo in verbo posita fue  
rit, facile liquet, vt ne ad nouas ambiguitates  
gignendas corrupta auctorum loca quasi lupa-  
naria confestemur. Cuius verbi tam celebrata  
fuit omnium sermone ambiguitas, vt docti qui  
in antiquioribus versati sunt, minimè aliud ad  
ambiguitatem notius ac cōtritus requirerent.  
Sententia hæc quæ à Theone proponitur de-  
cantata in scholis, repetita in progymnastis,  
discentium vocibus iactata, nec tam obscura  
mihi ad emendādum, nec tam firma tibi ad nos  
confutandos esse potest. Quid verò si solum-  
modò Laertij dicto contentus, nihil aliud ad  
loci emendationem adferrem? num aut Erasmi  
auctoritatem eleuare, aut meā sententiam fran-  
gere, aut pronuntiationem nostram emenda-  
tam immiuere vlo modo debet? Hoc enim  
idem à Quintiliano est Latinè expositū, quod  
est à Theone tractatum: vt non satis tempeli-  
tū videatur prodijisse, qui te in tantum errorem  
tam citò deduxerit, nec nobis iniucundè, qui  
cernimus quod contra nos dicitur, id ex vitio-  
sis locis corrogari. Vbi autem de ambiguitate  
Quintilianus loquitur, hæc verba habet: Alte  
rum est, in quo alia integro verbo significatio  
est, alia diuisio: vt *ingemna*, et *armamentum*, et  
*I coruinum*

“ coruinum. Inepta sanè cauillationes, ex quibus tam  
men græci controuersias ducunt. Inde ἀληφίς  
illa vulgata, quum queritur vitrum aula quæ  
ter ceciderit, an tibicina si ceciderit, debeat pu-  
blicari. Hanc verò quam ille vulgatam dicit, &  
vñ, sermone, exercitatione adolescentium fre-  
quentatam esse, nos videlicet ignoramus, &  
nescio quid ex eo nouum atque inauditum ad  
linguæ cōfusionem firmandam animo exstrui-  
mus. Hactenus Checus.

Quid igitur dubitemus hanc diphthongum  
et sic sonare, quemadmodum Raiam piscem,  
graium, aio, Aiacem, Maiam, Naiades, & cete-  
ra eius generis, confuso sono a & i: nullo au-  
tem modo ut ε?

A.Y.

CAP. XL I.

A nequaquam af sed au sonat, quia littera ε non est f vel v consonans, sed u Gallicum, ut suprà docuimus, nō enim diphthongus conflatur ex vocali & consonante: & quanquam v Latinum sāpe sonum τ& digamma habet, illum non in fine syllabæ, sed in principio semper tenet. Temere igitur hic vi-  
tiatus & litteræ sonus nunc in αυ & ευ irrepsit. Si autem hoc natura litteræ fieret, cur non hoc in ου quoque vsliveniret? At ου diphthongum bene sonamus. Itaque ut reliquæ bene sonentur, idem sonus in reliquis obserue-  
tur. Si enim vocalis consonanti iuncta di-  
phthon-

phthongus esse nō potest, (diphthongus enim duarum vocalium copulatio est) iunctus etiam ex vtraque sonus proficiscatur. Quod si altera à vocali abeat, iam non diphthongus, sed alia syllaba erit. At si u per se sonat i, quomodo adiuncta ad a aut e sonabit as aut ef? aut quomo-  
do adiuncta ad o facit ou? Num è Protei disci-  
plina hæc vna littera profluxit, vt sic

*Omnia transformet sese in miracula rerum?*  
Sed in veritate soni est constantia, in varietate error. Praclarè igitur ille,

*Nec tamen diphthongos ista consonante prædicta  
Poterit esse.* —

Et rursus de v,

*Porrò vocalem sequuta vim tenet vocalium.*

Et alio loco,

*eu & εu quum copulamus, u secundam iungimus,  
In vicem Græca quād u subditā est vocalis u.*

Hic ergo Demosthenis exemplo ne pudeat à canibus diligenter diphthongum αυ cognoscere. Nam Aristoph. poëta dum canē latrantem exprimere vellet, ἀυ ἀυ dixit. Sed ne canes qui-  
dem tam crassi sunt ut af affsonent. Imò nec La-  
tini homines tam absurdī, ut illis dictionibus,  
quas usurpatione suas fecerunt, digamma hoc infieriant. Dicunt enim,

ἀλλὰ aula,

ἀνθέντης author,

ἀπληψίας austerus,

καύκαλες Caucasus,

**Taῦpos** Taurus, quod significat marc' vaccæ : est etiā proprium philosophi cuiusdam Platonici : & nomen montis totius Asiac longè maximi.

Terentij fabulam ταῦτὸν τιμωρούμενον dicimus Heauton timorumenon, non heauton dimorumenon.

Græci quoque Latinam diphthongum au per *au* reddunt:

**Κλαύδιος** Claudio,

**Φαῦστος** Faustus,

**Παῦλος** Paulus:

Item Theophilus Latinam vocem *causa* Græcè effert καῦται, Instit. de legat. l. longè magis, his verbis: καῦται δὲ τῆς δηλωσις τῆς αἵτινος διὸ ἡ ληγατένεται, id est, Est autem causa significatio rationis, quare res quæque legetur. Atqui ineptissimè & contra morem Latinitatis & antiquitatis proferretur cassa, & Paflos. Ita *vau* & *zevōn* cōmodissimè proferas *naun* et *graun*: quae si vulgato more enunties, ægrè vna syllaba efferas: sed necessariò sonandum est duabus syllabis *nafuen* *grafuen* contra rationem diphthōgi, quæ est comprehensio duarum vocalium in vnam syllabam. Rectè igitur Terentianus,

*Auspices* quum dico & aurum, sive Græcis ægipio.

Ceterū hīc posset fortassis alicui scrupum iniūcere locus Ciceronis qui est lib. 11. de di-

*Caueas.* uinat. Quum, inquit, M. Crassus exercitum

*Caue ne* Brundusij imponeret, quidam in portu caricas

*eas.* Caue aduectas vendens, *Caueas* clamatibat.

dicamus

dicamus, si placet, monitum ab eo Crassum, caueret ne iret: non fuisse periturum, si omni pa- ruisset. quas si suscipiamus, pedis offendio nobis, & abruptio corrigiae, & sternutamenta erunt obseruanda. Hactenus Cicero: ex quo colligatur ea tempestate vicinitatem quandam soni fuisse in vocibus *Caueas* et *caue ne eas*: quod nec ego quidem iuero inficias. Sed hoc etiam faten dum, planè aliam v consonantis tūc fuisse prolationem, diuersamque ab ea qua hodi utuntur. Iam enim v consonans sono nihil differt à digāma Aeolico, dum valeo & venio effrimus paleo, tenio, hoc est paullò densius quam f. Quod quanquam lingua cōmodius exprimi possit, certū est tamen calamo idē tentare. In voce *ardua*, audimus ūa duabus syllabis exp̄essum, quas si in vnam contrahamus, & in *valeo* more maiorum sonemus *va*, sentiemus sonum primæ syllabæ qui est in nostratibus verbis quæ gemino vv scribimus: vt dū vigilare dicimus *vvaken*, fortassis à vacando: vimū *vvijn*, Germ. *vviein*, vicus *vvjc*, verbum *vvord*, velle *vvillen*, vincere *vvinnen*, quod Galli *gaigner*, Picardi *vvaigner* dicunt, vidua *vveduwve*.

Ingeuonum item & Vandalorum (qui sunt vēteris Germania populi) nomina, nō petitis procul deriuationibus, nec adsumto etymo alieno

*Ingeuones*,  
*Vandalis*

I 3 aut

aut violenter detorto, non dubitem adfirmare  
merè Germanica esse, atq; inter se cōtraria. In-  
geuones enim, sono significatoque suffragante,  
significat indigenas & *ἄνθρωπος*, quasi germa-  
nicè dicas *Inƿoner*: Vandali autem aduenas, seu  
peregrinos, & nouos homines. *Vandelen* enim  
idem est quod peregrinari vel ambulare. Sic Ba-  
tauos ab ea plaga quæ etiamnum lingua eorum  
der *Betouwē* dicitur, vocatos credo. *Vicē* vocem  
Germanicam, id est occidentem, probè hoc mo-  
do enuntiant vel ipsi Galli,  
Picardi vacuare, *Vidēr*,  
*Vallon*, Gallus.

Hoc quippe modo v consonantem sonuisse, nō  
vt digamma. Æolicū, liquet ex dictionibus *aqua*,  
*æquor*, *sudus*, *anguis*, & similibus. In quib. ipsum  
v, quod Prisciano auctore cōsonans est non vo-  
calis, eundem sonum retinet. Neq; enim extra  
diphthongum duæ vocales in eadē syllaba esse  
possunt.

<sup>1</sup> Quē sōnū quoad licuit imitati græci, illa quē  
per v cōsonantē Latinē proferūtur, per ou expri-  
munt, auētō syllabarum numero, sicut in φ do-  
cuimus. Vandali ὀνάδαλοι,

Octavius Oxracūtēs,  
Avantici populi Heluetijs finitimi, Ptolemaeo  
Αὐαντικοί, Lauinium vrbs in Latio ab  
Ænea condita, Straboni Λαουνίου,  
Flauona apud Plinium oppidum Illyrici, Pto-  
lemeo Φλαουώνα.

Ex

Ex quibus constat voces *nauicæ*, & *caue* ne eas pronunciatione non admodum diuersas fuisse, præsertim quum Romani nō *Cafneas* sonuerint vel *Cagneas*, sed *Caunes*: caue autem *cavæ*. Hæc paullò rudius fusiisque tractare visum fuit, ne, dum breuis esse labore, obscurus fiam.

EI. CAP. XLII.

*Eia age rumpē moras.* — quod Græci dicunt ἡδα, ὥ ἡδα. Aristoph. ἡδα μάκρα. Hei interiectio dolentis siue ingemiscientis. unde apud Terentium, Hei hoi : vbi in posteriori etiam sonus diphthongi *oi* exauditur.

Veij & Veientes,  
Apuleius & Pompeius.

¶ Neque non sentitur apud Flandros sonus  
in voce *ei*, quod ouum significat.

*loosheit versutiæ, feit facinus,  
Mei Maius mensis, kei silex,  
scheiden diuidere aut separare.*

Galli diphthongum hanc referunt in  
feim fames, sein sinus,

*feint* fictus,  
*Plein* plenus,  
Item dum dicunt *teion*, id est, patruum, siue auun-  
culum, quod Græci ad verbum *θεον*, & *τειον* ma-  
teroram siue amitam, *θεαν*.

I longum. I longum antiquis Romanis proferebatur ut  
haec diphthongus ει, hoc est ei, & e inclusum ha-  
bebat: quod vstatum fuisse tempore Ciceronis  
ex vocibus *Civis* & Latina *bini* constat. Locum  
eius in *€* citauimus. Confirmat hoc Quintilia-  
nus dum de ei Latino dicit, Duravit diutius ut  
e iungendis eadē ratione qua Græci ei veteren-  
tur. Quomodo autem Latini hoc eadem ratio-  
ne qua Græci vtebantur? quomodo, nisi quem-  
admodum tradunt veteres, vbi i longum esset,  
Valerium semper ei scripsisse, itēmque vetusti-  
ores Latinos, exstareque in vetustis inscriptio-  
nibus hanc scripturam, *Celeberrimei, veis, primus,*  
*pro celeberrimi, vis, primus?* & Sosipater ait Varro-  
nem lib. sexto Epistolicarum quæstionum dice-  
re *Elogas ex Annalei descriptas*. Vnde in numi-  
finatis antiquis *LIBERTAS, SERVEIUS,*  
*EIDVS*, quod Plutarchus *εἰδόντες*. Plauti come-  
dia Capteuei, & passim apud auctores, queis,  
omneis, Tralleis, Sardeis, & id genus alia, quæ  
etiam per i longiusculum & extans solēt scribi:  
*OPEIMIVS OPIMIVS, BINEY BINI,*  
*EIRONEIA IRONIA*, eodem tamen serua-  
to sono ei.

Vnde Victorinus de orthographia: Quum  
verò

verò eadem i, & litteræ iunctæ esset, non solum  
pro longa syllaba accipiebatur, sed nominati-  
num pluralem ita scriptum significabat, vt ami-  
cei, bonei, doctei, Romanei, & similia. At si per  
solum i scripta esset, eadem genitium singula-  
rem faciebat, vt *huius amici*. Cui consentit Te-  
rentianus,

*Sic erit nobis & ista rarer diphthongus EI,*  
*E videmus quando fixam principali nomine.*  
*EITVR in syluam neceſſe est E & I connectere.*  
*Principali namque verbo nascitur, quod est EO.*  
*Sic OVEIS, PLVREIS, & OMNEIS scribimus*  
*pluraliter.*

Et hoc Epitaphium Romæ inuentum, in quo  
plurima antiquæ pronuntiationis vestigia con-  
spiciuntur: quod tum propter summam elegantia-  
m, tum orthographia rationem, cuius obiter  
mentionem fecimus, hīc visum fuit attexere.

HOSPES Q VOD DEICO PAVLLVM EST. ASTA AC  
PELLIGE.

HEIC EST SEPVLCRVM HAVD PVLCRVM PVL-  
CHRAT FEMINAI.

NOMEN PARENTES NOMINAR VNT CLAVDIAM.

SVOM MARE ITVM CORDE DEILEXIT SVO.

GNATOS DVOS CREATIV. HORVN C ALTERVM  
IN TERRA LINQVIT. ALIVM SVB TERRA LO-  
CAT.

SERMONE LEPIDO. TVM AVTEM INCESSV COM-  
MODO.

DOMVM SERVAVIT. LANAM FECIT. DIXI. ABEI.

I 5 Hoc

Hoc ipsum etiam aptè carmine quodam expressit pvrbanus poëta Lucilius,  
*Iam pueri venere, e postremum facio atque i.*  
 Hinc videtur paullatim irrepissse, vt iam corrupta pronūtiatione & proferamus ut *ῶτα*, dicētes *Καλλιόπη* Calliopeia, quū vel ipso Ouidio teste dicendum sit Calliopeia. Sribit enim V. Fast.

*Prima sui caput Calliopeia chorū.*

*Elegeia.* Item *ἀλεγέια* elegeia, quæ *ἀπὸ τῆς ἀλεξίν*, id est, à miserando, & à cibra voce & quodammodo nomine habere videtur. Horatius de arte poët.

*Versibus impariter iunctis querimonia primū,*  
*Post etiam inclusa est voti sententia compos.*

Hanc etiam diuisa diphthongo extulit Ouidius  
 lib. 111. eleg. 8. qua Tibulli mortem deflet:  
*Flebilis indignos Elegeia solue capillos,*  
*Ab nimis ex vero nunc tibi nomen erit.*

hoc est, quēadmodū à miseratione nomine habes, ita miserabile nacta es argumētum. Et alibi,

—*Elegeia fleibile Carmen.*

— Contra Græciū contrahuit in *ε, ἀληθέα, ἀληθέη,* πόλει πόλει, que madmodū & poëte Latini. Virg.  
*Pellis ubit totum præfulgens vnguis aureis.*

Item,  
*Orphei Calliopeia, Lino formosus Apollo. Et Ouid.*  
*Notus amor Phædre, nota est iniuria Thesei.*  
 pro aureis, Orphei, Thesei.

— Hermogenes autem in dicendi formis, vbi  
 τερι σεμνότητος loquitur, diphthongos & vocales lōgas hanc formā illustrare dicit, si in finem dictionum

dictionum cadant, præter & diphthongum. Sin ipsum per se ponatur, minimè tum grandem orationem eam facit quæ ea abundat: contrahit enim magis, & ad rectum diducit os, & minimè fauces compleat. & igitur sola ex diphthongis granditatem orationi non adfert: autem granditatem adfert. plenior igitur sonus si quam &, siquidem diphthongi præter & granditatem adferant, & verò ipsum si per se positum sit, minimè gradem facit orationem. igitur scilicet alium habet sonum, quam si cum & aut o iungeretur. Si autē parum graditatis in & est, minimū in &, ali quanto igitur gradior & quam & est. Qui autem alius quam & sonus diphthongū & gradiorē faceret? aut quis alius sonus o: diphthongum exageraret, nisi qui ab o sumitnr, & ad i adiungitur?

Quum Plutarchus de & diphthongo multa loqueretur, & librum quoque scriberet, multa verba de & quasi praestabiliō, vt videtur, sono, pauca aut nulla de i fecit,

Eam verò in lingua Latina hæc diphthongus suavitatem obtinuit, vt quum Sulpicius ex & diphthōgo tolleret, & e plenissimum relinqueret, à Crasso apud Ciceronē lib. de Oratore 111. reprehensus sit, quod nō antiquos oratores, sed messores videretur imitari. Cuius verò omissionē tam est vituperabilis, eius obseruatio admodū erit laudabilis. Quod si nos nunc in alteram partem perpetuō peccantes audiret Crassus, mirum ni non messores nos, sed passeres vocaret,

vocaret, qui sic pipitaremus. Nam qui nauigio-  
nimis vehementes in alteram partem feruntur,  
in scopulum aliquem impingere solent. Latinis  
enim hac diphthōgus olim familiaris erat. sicut  
indicant veteres Grammatici qui de Ortho-  
graphia scripserunt. Sed paullatim exoleuit,  
adē vt nunc ne accusatiuos quidem illos plu-  
rales omneis, tres, parteis, scribamus, sed ex-  
puncto i cum Sulpitio dicamus omnes, tres, par-  
tes. Seruata est tamen in paucis quibusdam, vt  
in hei & queis, & poēticis illis,

*Iam validam Ilioneinam —*

*Orphei Calliopeia*, ceterisque eiusmodi, de qui-  
bus suprā. Vitiosa huius diphthongi tum  
pronuntiatio tū scriptio non paucos auctōrū lo-  
cos corrupit, virōisque alioqui doctissimos dece-  
pit. Et, vt de multis vnum aut alterum adfera-  
mus, elegatissimum adagium τηρεῖν τὸν καρδίαν  
cū τέλοι, id est retinere cor in ancorali fune, hoc  
est in sua constantia atque firmitudine, apud Sy-  
nesium in Encomio caluicij haētenus redditum  
fuit, in Pisa animum p̄parare. Interpres enim  
pro πέτση (quaet etiam πέτσα & πρυμῆτον voca-  
tur) legit Πέτση. Similis menda fuit in libello Plu-  
tarchi τερπὶ ἀργυρίας, vbi librariorum incuria,  
qua ob neglectam pronuntiationem solet inci-  
dere, vox πέτση depravata est in πέτσε: ita vt  
Erasmo ipſi ansam erroris præbuerit; dum hæc  
cū τῇ Οὐκραινῇ πέτση μένοντὶ τὸν θυμὸν vertit In per-  
suasione HomERICA permanentem. Rectam le-  
ctionem

cū τέλοι  
τὸν καρ-  
δίαν τη-  
γειν.

ctionem seruat adhuc idem Plutarchus in τερπὶ<sup>1</sup>  
ἀδολεσχίασ. τῇ καρδίᾳ, inquit, μὴ τρέμει, μηδὲ  
ὑπακλεί.

τῷ δὲ αὐτῷ ἐν πέτσῃ κραδίη μένε τετληῆα,  
μέχρι τῶν ἀλόγων κινημάτων δικονός τῷ λογισμῷ.  
locus Homeri est ὅδυος. u.

Τῷ δὲ μαζῇ ἐν πέτσῃ κραδίη μένε τετληῆα  
Νωλεμέως, ἀτὰρ αὐτὸς ἐλασθεὶ τῆτα καὶ ἔντα.

Horum locorum restitutionem & explicatio-  
nem debemus Paulo Leopardō nostro, viro ex-  
quisitissimè docto, qui in suis emendationum  
seu miscellanorum libris, quos magno studio-  
forum bono propediem editurus est, hec & alia  
complura primus animaduertit, fusiisque per-  
sequutus est. Sed, ne quid dicā de Andrea Diuo  
Iustinopolitanō, qui πέτση passionem, & Simo-  
ne Lemnio qui affectus vertit, nec ipſi Eusta-  
thius vel Didymus Homeri sensum hoc loco  
satis adsequunti videntur.

EY. C A P. X L I I I .

N ē diphthongo hodie peccatur sicut  
I in av paullò antē peccari ostēdimus: quū  
tamen facillima sit eius pronuntiatio,  
vocalibus optimè & facillimè in vnum mixtum  
sonum coeuntibus. Nam eu sonat eu, non ef.  
εῦρος eurus, εὔγε euge,  
τεύτρος Teutones,  
ἐντεῖος Eusebius, non efsevius:  
Pseudothyriion Ciceroni in Verrē, quod gr̄ecis  
Λευδοθύριον,

Pseudolus

Pseudolus Plautina fabula, græce φεύδολος:  
Deuternomion δε λεγόμενον,  
εὐχαριστία Eucharistia,  
τετταῦχος pentateuchos, non pendatefchos.

OI.

CAP. XLIV.

I, sicut in *a* tradidimus, integre quo-  
que proferendum, ut vtriusque vocalis  
sonus possit exaudiri, nō tanquam sim-  
plex *lāta*, quemadmodum vulgo. Sono quippe  
differunt πιότης obesitas, & ποιότης qualitas.  
Quod liquet ex dictionibus gallicis *moi*, *soi*, *toi*:  
quas retinuerūt a græcis μοι, σοι, doricē τοι, & οι,  
adspiratione mutata in *i*, quemadmodum *ü* in  
*sus*. Nobiles enim gallos & Druidas sacerdotes  
græce loquutos, & græce ius dixisse, testantur  
historię & annales veteres, ac manifestius est  
quām ut probatione egeat. Mansit tamen in ex-  
tremis syllabis integrior hæc diphthōgus in ijs  
quidem vocabulis quæ in *n* desinunt, ut *soin*, *be-  
soin*, *loin*, in quibus verus & germanus huius  
diphthongi sonus auditur. Et apud Latinos in  
his vocibus,

Troia τροία, non Tria,

Boioi Straboni Boii, non Vii.

Boion Doridis oppidum in græcia, teste Plinio  
lib. IIII. cap. 7. Doris, inquit, in qua Sperchios,  
Erinea, Boion, Pindus, & Cythinum. Stephan-  
no Σοῖοι.

Ευβοίη

Εὐβοίη Euboia. nam si *efvij* proferas, nequaquam  
eadem, sed planè alia dictio videbitur. Hinc di-  
uisa syllaba έυβοϊκὸν πέλαγος Euboicum mare.  
Contrà verò οἰς contrahitur in *oi*, id est, ouis,  
λιότι in λιοῖ.

Hanc diphthongum etiam retinent antiqui  
illi datui *bonoi*, *dominoi*, pro *bono domino* : & illud  
Catulli initium,

*Quo dono lepidum nouum libellum?*

Oī iuxta grammaticos veteres, ὁδυρομένων ἐσίν  
ἐπίφθεγμα καὶ δυσχεραινόντων: καὶ δι φεύδου μηδοι ὅ  
ὅντες λέγουσιν. Id est, Oī conquerentium vox est  
& indignatiūm: qua etiam vtuntur qui timent.  
Vnde θύμοι dolentis, id est hei mihi. Quocirca  
sepe miratus sum Theodor. Langium collegij  
Bullidiani apud Louanienses græcum professio-  
rem, virum doctissimum, in μοι, σοι, τοι, θύμοι, &  
paucis alijs veterem pronūtiationem perpetuò  
retinere, in reliquis verò hanc diphthongum οι  
cum vulgo sonare ut *i*, quum ubique eadem sit  
ratio. Huc faciunt quæ in *eī* de sono *oi* adduxi-  
mus: & omnes Rhetorum libri vbi de formis  
dicēdi scribunt, hac re pleni sunt.

Sed hīc mihi paullulum insistendum est, & λιμός &  
de λιμός & λοιμός adferendus Thucydidis locūs λοιμός.  
ex libro historiarum primo: qui tam planus est,  
ut de sono *oi* minimè dubitari possit. Nam quū  
patrum aut auorum memoria oraculum quod-  
dam Atheniēsibus datū esset, propter longitudi-  
nē temporis iterū pœnè è memoria illorū abiit,  
vt *ij*

vt iij qui à patribus illud acceperant, in magna varietate & dissensione essent, alijs λοιμὸς in carmine, alijs λιμὸς sonantibus. Quum autem preteriisset illud bellum, & magna pestis stragētq; hominum & bestiarum totam terram inuasisset, tum λοιμὸν fuisse in oraculo dicebant. Quod si alio tempore, inquit Thucydides, aliud bellum ingruat quod fames quædam sequuturam sit, tum λιμὸς & non λοιμὸς dicent. Carmen vero apud Thucydidem hoc est,

Ἄντες διαριαχός τούτους, καὶ λοιμὸς ἐμὲ τάπω.  
Ex quo euidetissimè liquet, alium fuisse dictio-  
nis λιμὸς quam λοιμὸς sonum: qui quomodo di-  
uersus esse posset, nisi interueniente ο, & sonum  
τῶι attenuatum explente, nemo cogitare po-  
test. Quas voces λιμὸν et λοιμὸν, hoc est, famem  
& pestem, non video quomodo distinguas, si  
quando in oratione coniungantur, vt sœpe vñi  
venit, nisi diuerso sono proferas: alioqui fieri  
non potest, vt te loquentem quisquam intelli-  
git: quemadmodum Matthæi xxiiii. cap. Καὶ  
ἔγενται λιμοὶ καὶ λοιμοὶ καὶ σεισμοὶ κατὰ τὸ πανός.  
Quod ijsdem pœnè verbis Sibyllæ multò ante  
prædixerant lib. i. Sibylliacōn, his versibus:

Εἴς θεός έστι, βέροχας, ἀνέμος, σθόμος, ἐπιτάτη πάν,  
Αστεροτάξ, λιμος, λοιμος, καὶ κῆδεα λυγά.

Id est,

*Est Deus unus, qui pluias, motisque, notisque,  
Fulguraque emittit, pestisque, famisque, dolorisq;  
Hesiodus in opere cui titulus ἔργα, καὶ ἡμέραι,*

Toīsiv

Toīsiv δὲ δυραγόθεν μέγ' ἐπήγαγε πήμα Κρονίων  
Λιμὸν ὅμερον καὶ λοιμόν.

Cælitus his damnum misit Saturnus ingens  
Efuriem simul & pestem.

λοιμόν igitur sonandum vt Gallis *hi*, id est, lex, &  
verò vt prior syllaba vocis *licet*, præterquam  
quod hæc breuis est.

Latini hanc diphthongum per ε reddunt,  
Φοῖβος Phœbus,  
Κροῖσος Croesus.

Græci item ε Latinum per οι scribunt, Cœ-  
lius Κόιλιος, fortè ἀπὸ τῆς κοιλῆς, id est concavo.  
Poeni Πονοί.

Quin etiam ea scribendi ratio vt οι pro ε  
pingeretur, veteribus visitata fuit, vt annotant  
Grammatici, quemadmodum οι pro ε. Hinc  
Martianus Capella, I, inquit, copulatur o literæ  
in nomine Louis & Oinone: Oïsus etiam di-  
citur? sic enim veteres vñum dixere. Hæc ille.

OY, u vocalis.

C A P. X L V.

Y profertur vt u vocalis, id est ou.

O μοῦ Κα Musa,  
τοὺς λόγους, tous logous.

u enim, licet nonnullis, præsertim Gallis, hodie  
corruptè sonet vt vñue u Gallicum, omnino La-  
tinè proferendum vt hæc diphthongus τοι, quæ  
inter proprias sola rectè ab omnibus pronunti-  
atur, & pura puta in sono relinquuntur. Reliquar-  
um pronuntiatio, vt suprà ostendimus, pessimè

K est

est vitiata. Igitur u Latinum scriptura simplex, sono coniunctum est: quare diphthongus potius quam vocalis censenda videtur. Ita enim sonat quasi cum o cōiuncta esset, quemadmodum recte proferunt Itali. Itaque quod Græcis & diphthongus est, illud Latinis u est. Vnde aptè Terentianus,

*Quam scribere Graius nisi iungat inequibit.  
Et iterum,*

*Graeca diphthongus sed ou litteris nostris vacat,  
Sola vocalis quid u complet hunc satis sonum.  
Nisi enim o in u sonaremus, à Latino u ad Græcum  
u veniremus. hoc autem inter se distant, quod u  
simplex est, nihil admixtum, nihil alienum ad-  
iunctum habet: u verò perpetuum o ducem so-  
ni habet; ac eum in sono comitat, & iunctus  
cum illo perpetuo in ore exit. Quum igitur gal-  
licè mule, id est mula, Belgicè duken, id est abscö-  
dere, μολ, δυκ, dicimus, Græcum u sonamus:  
moule concha, douken panni, μολ, δυκ, mul, duk,  
u Latinum est. At mil mille, diken aggerem duce-  
re, μιλ, δικ, iώτα est. In hoc autem verbo θρυδίς Thucydides haec tria cernuntur, ac etiam γ: duo  
enim in eo u sunt, è quibus primum Latinum  
u, secundum u Græcum est, tertia syllaba ἴωτα  
habet, quarta γ siue e longum.*

Tradunt quoque aliquando pfo u longo scri-  
ptum ab antiquis fuisse ou, vt lamen, n̄ntij: &  
Græci ferè ou diphthongo reddunt vocalem u  
Latinam idem sonantem;

Tullius

u, & siue u,  
i, & γ.

Tullius Τούλιος: gaza & Planudes Τύλιος,

Iunius Ιούνιος,

Brutus Βρύτος,

Custodia κουστίδα.

Itémque v consonantem crescente numero syllabarum, vt in av monuimus:

Valerius Βαλέριος,

Varro Βαρρός vel Βάρρος,

Seruius Σερούιος,

Heluetij Ελούετιοι, Plutarch. Ελείτιοι.

Latini ou eræcum per u suum reddunt, δμού-  
σιον homusion,

Δυκούργος Lycurgus,

Πλούταρχος Plutarchus.

Mirum est igitur u vulgo in av eu ou u ali-  
ter sonare, quam in hac diphthongo ou, qui ex  
analogia pronuntianda sint au eu oou eeu: non  
af ef of if.

Quomodo ergo u ab i: & u differat, quomo-  
do consentiat, quibus notis proprijs alterum  
ab altero separetur, satis ad totius rei formam  
paucis describendam, suprà capite de u, & hoc  
loco dictum fit.

## VI. CAP. XLVI.

R e s quæ sequuntur diphthongi, licet

T propriæ, rariores tamen sunt, & κακό-Tres dit  
φωνοι vocantur, hoc est malesonan-pbthongi-  
tes, quod difficilioris sint prolatio-κακόφω-  
nis: quæ videtur esse caussa cur à grammaticis yet-

K 2 inter

inter impropias numeratae sint, quum tamen ut propriæ diphthongi duos φθόγγους, id est sonos, efficiant, & definitioni diphthongorum probè respondeant. Ex eo verò quòd χακόπονοι vocantur, perspicuum sit eas aliter nunc proferri quam olim. Nam si γ, quæ nunc eo sono profertur quo ε & οι, hoc est i, malè sonet, & ει ac οι bene, nunc ergo γ profertur alia voce quam olim, alioqué sono quam ε vel οι. Hic dices nullā harum nunc rectè profēri. Id ipsum equidem tibi assentior, & hactenus conatus sum efficere.

γ igitur siue ui sonat ui per u Gallicum vna syllaba comprehensum, non longum, ut vulgo solet efferre: ut ἀρπγα harpua, non harpia. Quā diphthōgum vidēs in his dictiōnibus Gallicis, *puis*, puteus, *pluie*, pluia, *huis*, oſtium, *lui*, illi in datiuo, *huille*, oleum, *fruit*, fructus, *bruit*, rumor.

Quæ Græcè scriberentur πυς, πλυε, γς, λυι, διλλε, φργτ, ερντ.

Item in datiuis cui & huic in vnam syllabam contractis, ex cui & huic diuisis syllabis, quemadmodum eos vulgo sonant Galli, ut in illo Virgilij,

*Cui pendere suos pateremur in arbore fructus.* &

*Huic coniux Sibēns erat.*

HY.

γ sonandum esse eeu, non if quemadmodum vulgo, tum ex ijs quæ suprà in η u eu γ diximus, constat, tum quòd sit facta ex ευ, id est eu, ε in γ mutato, vt ab ηυχομαι ηυχόμειν eeuchomeen, nō ifchomin.

γ profertur eodem ferè modo vt ου, sed Ω vastiori sono, nempe οου non οι. Ionum propria est: illi enim pro άυτός dicunt άυτός, hoc est οούτος, non οφτος vt vulgo. Hoc tamen interest inter ευ ου & ηυ ω, quòd η & ω in istis, quum longa sint, proinuntiationem ita retinent vt hiatum vitare non possit.

*De tribus diphthongis impropijs.*

M P R O P R I A diphthongi dicuntur, I quòd licet ex duabus constent vocalibus, non tamē duos sonos in vnum coactos exprimant, sed vnius tantum vocalis sonū edant. Ideoque abusiuè & καλαχρησιῶς diphthongi vocantur.

Id est alpha: paruulo subscripto, sonat a & longum: neque enim aliter & atque & simplex vocalis effertur, φιλία philia,

Ἄδης hadees, id est Pluto: sæpe pro inferis & terra ponitur. quomodo vtitur Polyxena apud Eu ripidem in Hecuba,

ἐκεῖ δὲ ἐν ἄλλα κέσσομαι χωρὶς στῆσεν.

Porrò ἄδης creditus est esse aëi, sic dictus quasi ἄδης, id est obscurus & inuisibilis, (& ἀδου κανῆ Orci galea, inuisibiles reddere putabatur,) quod aëi omnis suapte natura opacus & caliginosus sit, nisi extrinsecus illustretur: Iuno vero, terra: vnde & φερόσθιος ephithetō ei attribuitur, & terra ab Homero ζεύσωρος cognominatur, quod fruges & alia omnia ad vitam viictumque necessaria producat. Stoïcis tamen ἡρα aërem significat.

#### CAP. LI.

id est ἵτα subscripto ἵτα, sonat ut γ, hoc  
est ee.

τὴ τιμῇ tee timee, non ti timi.

λαγτῆς leeftees, καλὰ διαίρεσιν λαγτῆς.

#### CAP. LII.

id est omega ἵτα subscripto, sonat ω.  
τῷ λόγῳ too logoo. Pro hac Latini &  
vtuntur,

χωμαδία comedìa,

τραγωδία tragœdia.

Olim ἵτα ipsum litteris adscribebatut, non  
subscribebatur, minori tamen forma quam pre-  
cedens littera, quasi dimidiatiū ἵτα, hoc modo,  
et γι ω. Qua scribendi ad latus consuetudo re-  
mansit

mansit in litteris capitalibus. A: H: O:

De τρόπῳ: γ ante β: π post μ: γ ante γ,  
& similibus.

#### CAPUT LIII.

### ACTENVS de litteris & diphthongis.

H Quoniam autem recentiores Gramma-  
tici nouos quosdam pronuntiationis ca-  
nones hic solent subiçere, eorum tractationem  
visum fuit in huc locum reseruare, & sigillatim  
excutere. Illi enim tanquam edictio perpetuo  
cauerunt, litteras τ γ γ κ αλios atque alios so-  
nos admittere. τ enim post γ sonare vt d: γ ante  
ε, μ, π, vt m: π post μ, vt b Latinum, itidem  
post γ in diuersis dictiōibus: γ ante γ ξ κ so-  
nare perinde vt n; sic ante κ, sed ipsum κ sonan-  
dum vt γ. Sed huius editiæ aequitatem nō video  
qua ratione tueri, vel auctoritate veterum pos-  
sint defendere. Ceterū ne quid sine ratione  
inuenisse dicantur, εὐφωνίav prætexunt, sicut in  
omnium litterarum & diphthongorum sonis  
quos suis inuentis corruperunt, quibusque no-  
uam pronuntiationem affinxerūt: quum tamen  
manifestum sit eos loco euphoniae mille nobis  
χακοφωνίas obtrusisse, & lingua sui planè dissimil-  
lem, nerius ac viribus destitutā reddidisse. Qua-  
si Homerus, Plato, Demosthenes, Plutarchus,  
Galenus, Basilius, Chrysostomus, & alij veteres  
scriptores audirēt suos libros recitari, ipsi se nō

intelligerent, nec sua scripta agnoscerent.

*τρ̄ post γ.* Quorsum autē τρ̄ post γ opus est sonare vt d? Quorsum inquam, τὸν τάνταλον & Ανδόνιον proferemus τὸν δανδαλὸν & Andonian? cur non potius τὰ litterāe genuino sono retēto more Latinorum τὸν Τανταλὸν & Αντωνίον? quæ hīc ratio Grammatica, quæ veterum auctoritas, quæ εὐφωνία suffragatur? Præterea quis quæso discernet inter τὸν τρόμον, id est tremorem, & τὸν δρόμον cursum: item inter δικούδε aduerbium ad locum, id est dominum, siue ad domum, & δικόνε domūmque, si eadem vtrobique est pronuntiatio? Quorsum denique attinebat illa disputatio τεπὶ ἐθελεχέας, καὶ ἐθελεχέας, que tot tātorūmque virorū ingenia & labores in vitramque partem torſit, dum hic per τ, ille per δ scribendum putat, nisi quia non eadem vtriusque significatio, nec prolation? Sed quid multis? Vel sola auctoritas Constantini Harmenopuli ac Theophili Antecessoris sufficiet, qui passim in libris iuris Græcè à se cōscriptiis vtuntur dictione τεγμένη, quam nō est verisimile aliter sonuisse quam Latinam vocem testamento, nō autem testamendo, præsertim quum Iurisconsulri definiant esse testationem mentis, seu μαρτυρίαν διανοίας.

Quod autem v perpetuò sit pronuntianda vt n, nec ante ε μ π sonus eius mutetur in m, sufficit vel supradicta ratio, quod neque veterū auctoritas neque euphonía id suadeat, quodque omnes litterāe sonant vt scribuntur, &

pronun-

γ ante β  
μ ω.

pronuntiatio litteraria sit elegans minimeque difficultis. Longè siquidem commodiū τὸν βίον sonamus τὸν bion, quam τὸν vion, quemadmodū Latinis nomen bonum, non nomem bonum: item faciliū τὸν παῦλον τὸν Paulon, quam τὸν Baſton. Ad quod etiam facit sententia Fabij, qui ait apud Græcos nullā dictiōnem in μ finiri, nempe quia molesta eius sit pronuntiatio. Cur ergo vbi μ non est, illic μ fingimus, & germano sono quasi de possessione exturbato, eum qui proprietati lingua repugnat, per vim intrudimus. Sed ego arbitror sciolos quosdam Latinè potius quam Græcè peritos, hinc mutandæ huius pronuntiationis occasionem sumisſe, quia viderent Latinos præpositiones an, in, & con, in compositione, dum præcedunt b m p, mutare in am im com: vt ambedo, ambustus, amputo, imbibo, immuto, impono, combibo, commeo, complector. At hi etiam meminisse debuerant Romanos m litteram scriptura exprimere, non n scribere & in proferre: præterea Græcos non adstringi legibus Romanorum.

*τρ̄ post μ.* Vel hinc etiam colligi potest, quam ridiculum sit τρ̄ post μ sonare vt b Latinū, idque etiam in diuersis dictiōnibus: præsertim quum vulgata pronuntiatio adeò vbiique odio habeat sonum b, vt etiam vbi maximè debet pronuntiari, tum loco β substituat sonum v consonantis, etiam si præcedat μ. Τέμβη siquidem vulgo sonat timvi pro tumbē. Eadem igitur facilitate

K 5

τεμβω

τέμπω sonabimus *pempoo*, vocemque inde derivatam τὴν τόμων *teen pompeen*, qua Romani *pompam*: non autem *tim bombin*.

*y ante γ και ξ*. Restat γ ante alterum γ, vel και, vel ξ, vel ζ, quod docent Grammatici sicut v pronuntiari solere, vt ἀγγελος, ἀγχιλια, ἀγχισης, Angelus, Ancilia, Anchises, quo modo proferre solent Latini: sed ne hoc quidem cōtrouersia caret. Nam profecto probabile est, Græcos, si pronuntiationem mutassent, ipsam quoque litteram fuisse muturos, sicut in συμπληγάδες pro συντηληγάδες, καθεσαλε, pro κάτεσαλε, & similibus: quod v ante ω, & τ ante β collocari non possit, vt testatur Dionysius. Atqui tantum abest vt suum γ sequentibus illis litteris mutarint in ν, vt contrā si ipsum γ occurrerit, sonū illius auersati & molliitem iliam adspernati soleant conuertere in γ, v sitata illa orthographiæ regula, quod semper v ante γ και ξ ξ migrat in γ, quam ita tradit Gaza, τὸ ν, δύτη τῷ τὸ γ, ή και, ή και, ή ζ σώζεται σωνίθραδμον, & λατρέωται εἰς τὸ γ. Cedo qua ratione dici potest v conuerti in γ, vt deinde ipsum γ sicut v pronuntietur? Nam certè potius ipsum v seruari, & γ, si occurrisset, in v conuerti oportuerat. Quod si Latinam pronuntiationē obijcias, respondeo, non de Latina, sed de græca lingua hīc à nobis quæri. Γ autē in γ a Latinis mutari nō magis miror, quam d in l, vt Οδυσσεὺς Vlysses, & in β, vt δις bis. Quod si rursus opponas, id postulare pronuntiationis rationē: iterū queram, cur igitur v quū eiusmodi

eiusmodi locis occurrit, in γ cōuertatur, ac non potius retineatur: deinde quid tandem caussæ sit, cur hoc dicamus poscere pronūtiandi rationēm: quum ipsum potius v cum illis litteris co-hærere non posse Dionys. doceat, & regula illa orthographiæ id aperte declareret? Certè Priscianus auctor est vetustissimos scriptores Romanorum euphoniacauſſa pro n scripsisse g, vt Agchises, agceps, aggelus, aggens: quod ostēdit Varro i. de origine linguae Latinæ, his verbis. Aggulus, aggens, agguilla, jggerunt, in eiusmodi Græci & Actius noster binam g scribunt, alij n & g, quod in hoc veritatem facilè videre non est. similiter agceps & agcora. Victorinus autē, cui propter antiquitatem plurimum tribuimus, ait γ ante γ & ante και sonādum potius vt n. Idem vult duo g scribi quoties duorum g sonum aures exigent, vt in agger, aggredior, suggesto, oggannio, & similibus. Cur enim non consulatur autibus? quarum esse iudicū superbissimum dicit Cic. in Orator. Duplex igitur γγ græcē efferrendum quemadmodum ipsi Latini pronuntiant in aggrego & aggero: & tanto mollius esse videtur quam duplex και, quanto mollius pronuntiatur γ quam και. Illud autem και & Latini & græci usurpant, vt οὐκλητια Ecclesia. Sic igitur sentio quod ad duplex γγ attinet.

Sed sanè fateor ante και vel ξ, vel ζ, γ proferri non posse, præsertim in vltimis syllabis, vt σύριγξ, φάλαγξ, λόγξ, Syrinx, Phalanx, Lynx, quia

quia nimirum & nullam habet coniunctam vocalem cum qua cohæreat. Sed quid h̄ic facias, quum disertè dicant Græci ipsum v ijsdem his litteris præponi non posse? quod si verum est, cur Latini tamen id faciunt? (scribunt enim Ancillæ, Anxur, Anchises) & Græci Grammatici cur γ ante has litteras vt γ pronuntiandum esse docent? Nam si pronuntiari potest vt debet, certè etiam scribi. Respondeo, in huiusmodi vocabulis litteram quidem n & à Latinis scribi, & à græcis pronuntiari, sed adulterinam, sicut Gellius ex Nigidio obseruauit. Nam n non esse (inquit Nigidius) lingua indicio est: nam si ea littera esset, lingua palatum tangeret. Hanc ergo doctissimi grammatici præceptionem si sequamur, dicemus v ante γ & χ ξ, mutari à græcis in γ, non vt ipsum γ enuntietur, (nam id fieri non potest) sed vt significetur illud v peregrino quodam sono esse pronuntiandum, id est infraictō, ita vt lingua palatum non feriat, quomodo etiamnum hodie à gallis pronuntiari solet m vel n, in medijs præfertim dictiōni bus quum syllabam claudunt:

*manjer* edere,

*Anuers* Andouerpia,

*encre* attamentum,

*Anglois* Anglus siue Britannus,

*Anjou* Andegauum,

*trembler* tremere,

*somme* somnus,

*colomne*

*colomne* column,

*combatre* pugnare,

*Comte* comes vel computus.

Sed h̄ic quæri potest, quum nulla sit istius fontis affinitas cum γ, cur potissimum eam litteram Græci delegerint, in quam ipsum v mutaretur; Respondeo, non temerè id factum videri. Nam primum omnium, quia v ante has litteras non erat pronuntiandum suo illo legitimo sono, linguæ scilicet mucrone palatum feriente, Græci mutandum censuerint, quum Latini nihilominus retinuerint. Iam verò ad hanc mutationem deligenda fuit littera, cuius germana pronuntiatio nullum h̄ic locū habere posset. Nam alioqui futurum erat vt lectoribus imponeatur: velut si pro φάλανξ scripſiſsem φάλαξ, vel φάλαδξ, vel aliquid eiusmodi, nata fuisset diuersa pronuntiatio ab ea quam debet illud v infractum significare. Eam igitur litteram delegerunt, quæ, etiam vt velis, pronuntiarilegitimo suo sono non possit, γ scilicet ante x vel χ, vel ξ. Nam ante γ (sicut dixi) sanè videtur ea ratio nullum habere locum. Mihi tamen (vt dicā quod sentio) sapientiores in eo Latini videtur, quod suum n retinuerint, sicut & Græci suum v ante τ & θ. Sed de his eruditи dijudicent.

*Summaria omnium ferè quæ dicta sunt*

*ἀγαχεφαλαιώσι exemplum*

*perstringitur.*

**H**ec sunt quæ ad repurgandam vulga-

rem pronuntiationem visum fuit in me-

dium adferre. Proinde quoniam

*Iam peruenimus usque ad umbilicum,*  
quò res fiat dilucidior, exéplo proposito, quate-  
nus calamo fieri potest, (lingua enim id aperti-  
us explicaretur,) ceu per trāsennam ostende-  
mus, quantum vera à falsa, vetus à recentiori,  
prisca à nuper inuenta pronuntiatione differat.

IX. a.

*Aītāp ētēlī kachēdū lamtarōn phāos nēliōtō,*  
Oī mēn kakkeiontēs ēban oīkōndē ēkāstōs,  
ñchī ēkāstō w dōma tērīklutōs āmphiγyñtōs  
ñphāstōs wōtōs eīdūtōs tērātēdeas.

Quod sic vulgo exiliter & quasi pipiendo so-  
nat,

*Aītāp eīpī catedū lambron phāos tēliō,*  
*Hī men cacciondes evanīconde becastōs,*  
*Hichī becastō doma periclitōs amphigiiis*  
*Hiphestōs piiz̄ idizi prapideſi.*

Ego me hercle demiror quenquā reperiri qui  
hanc eneruem pronuntiationem patientibus  
auribus ferre possit. Audi igitur quanta maiesta-  
te, & quam sonore veteres protulerint, hoc  
modo:

*Aītāp eīpī catedū lampron phāos ēelītō,*  
*Hī men kakkeiontēs ēban oīkōndē becastōs.*  
*Hēchī becastō doma periclitōs amphigiiis*  
*Hēphajstōs poiēs eiduiēs prapideſi.*

In aītāp vides autē sonare ut au in audax. In po-

sterio-

steriori syllaba dictionis ētēlī & alijs quæ per d-  
scribuntur, audis sonum ex e & i conflatum,  
multūmque differentem ab ultima in γλέdu  
quæ refert u gallicum, à priore in ηελίοtō quæ  
sonat ee lōgum, quemadmodum prior dictio-  
nis gallicæ estre, quod esse significat: ab eius an-  
tepenultima λ, quæ sonat ut ligo: & penultima  
οi cum articulo ū, quod planè sonat ut Gallicè  
moi, id est μοι siue mihi, loi lex. *Lampron* etiam  
integre profertur per p, ut λαμπρᾶς lampas, non  
lambas. Deinde in κακκέontēs, trium x vniuersi-  
modi & per omnia similis est pronuntiatio,  
nempe k vel q Latini: & in eiusdem ultima  
τ retinet sonum suum præcedente nihilominus  
γ, nec in δ mutatur. In δōma audis longam ex  
duabus o minutis cōflatam, qualis est in Belgica  
voce doom quæ vaporem significat: quum in di-  
ctione dom quæ dominicam siue templum cathe-  
drale denotat, solum vnicum o, idque breue, au-  
diatur. Rursus in ἀμφιγυñtōs, τωtōs, & εīdūtōs  
quanta differentia in φ, γυ, η, ωt, ι, δη, & σt: In-  
ter quas vocales & diphthongos vulgo nihil di-  
stinguitur, nulloq[ue] discrimine proferuntur ut  
i. In media dictionis ηφāstōs aliū audis so-  
num in οi quām in τē aut δē: nempe propemo-  
dum eam vocem quam edunt Suevi sua lingua  
sonātes καὶ Καῖſer: in qua nēc a prorsus, nec  
i prorsus, sed tamen vtramque agnoscis litter-  
ram. Præterea in ἀμφιγυñtēs, in γυ audis γ sonare  
ut in gubernio. Nam γante nullas vocales sonum  
mutat

mutat. Postremò in vltimis τωντε & εἰδύσιοι, σ non aliud sonat quàm prima in sedeo & sibilo, vel vltima in τραπεζεσι, nec aliquo modo ad sonum τὸ γῆτα accedit.

Dionysius  
Læbus.  
Petreius  
Tiana.  
Nova aca-  
demia Du-  
aci.

Dum haec meditor, intellexi Dionysium Læbinum Gallum Lutetiae, & Petreium Tiaram Frisium in nascente Duacensiū academia, professores Græcos, hanc emendatam nostram pronuntiationem seriò amplecti, promouere, ac suos auditores docere. Quod si verum est, vt i spero, videbimus breui ex academijs tanquam ex equo Troiano prodeuentes adolescentes, qui æquè expeditè Grecè loqui, declamare, & scribere poterunt, atque Latinè. Et in hac nostra Brugensi ciuitate omnes ferè docti hortata nostro huic emendatae pronuntiationi se totos dederunt: atque adeò ipsi ludimagistri suis discipulis viua voce inter Grammatices elementa studiosè eam inculcant & prælegunt. Qua ratione dici nequeat quantum aliquot hebdomadibus profecerint. Quocirca non est mihi multum molestia subeundum, vt studiosos horter ad hanc sedulò capessendam; quum ipsa vtilitas cum summa facilitate, distinctione, & amoenitate coniuncta, satis per se inuitet, & ad hanc rem aditum faciat: quod experientia ipsa optima rerum magistra, vel me tacente loquitur & declarat.

F I N I S.

## T Y P O G R A P H V S L E C T O R I .

*Hanc de Græcorum accentibus appendicem ab homi  
ne doctissimo cōscriptā scholijsque illuſtratam, ideo hic  
adieciimus, quod cum auctoris nostri instituto mirum in  
modum quadrare videatur. Vale.*

## D E G RÆC ORVM ACCENTIBVS APPENDIX.

R O S O D I A E, id est Accentus, pronū-  
tiationi mirificè cōducunt. Sunt autem  
apud Græcos numero septē, ex quibus  
Toni tres sunt, nempe Acutus, Grauis, Cir-  
cunflexus: quibus vocis altitudinem, siue, vt  
græci vocant, τόνον, id est intētionem metimur.  
Sed intētionis nomine Grāmatici etiam quod  
illi oppositū est, id est æquabilitatem & remissi-  
onem vocis, ipsamque adeò circunductionem  
comprehendunt.

Ex his igitur  
Acutus acuendam & attollendam vocem si-  
gnificat, vocali impositus, figura cadētis rectæ li-  
neole, sed ita vt in sinistrū latus vergat', vt θέση.

Grauis depressionem aut æquabilitatem vo-  
cis declarat, eadem linea in contrarium latus  
propendente', vt τημη.

Circunflexus monet flectendam & circundu-  
ccendam vocem; quod fit si sensum attollas, de-  
inde

L

inde deprimas. itaque figuram habet ex Acuto & Graui coniunctis conflatam, hoc modo <sup>^</sup>, vel ex inuerso ypsilo <sup>n</sup>, quæ nota postea in istam degenerauit <sup>vt ποιῶ</sup>.

Tempora sunt duo, quæ vocalis pronuntian-  
dæ longitudinem declarant, vel breuitatem. Ex  
ijs, longum porrecta longa linea <sup>^</sup>, breve quasi  
ypsili nota <sup>o</sup> pingitur.

Spiritus duo, sic appellati quòd significant,  
quæ Vocales in quibus dictionibus naturali  
suo spiritu, id est tenui, sint contentæ: item quæ  
densiorem spiritum extrinsecus assument.

Ex his igitur

Densus in maiusculis litteris pingitur H di-  
midio <sup>vt Αὐλοιαι</sup>: in minoribus, dimidio cir-  
culo <sup>vt Επιομαι, φύτωρ</sup>.

Tenuis signatur altero dimidio H: vt Α' θέση;  
vel hemicyclo, <sup>vt αὐλός</sup>.

Loci accentuum.

Nulli olim accéctus signabantur, sicut ex ve-  
tustis codicibus appareat. Nunc autem Acutus  
signatur vel in antepenultima, <sup>vt χόριος</sup>: vel pe-  
nultima, <sup>vt ἀκούων</sup>: vel vltima, <sup>vt θέος</sup>: vnde fa-  
ctum ut dictiones vocentur à grammaticis pro-  
paroxytonæ, paroxytonæ, vel oxytonæ, id est an-  
tepenacutæ, penacute, vel acutæ.

Grauem imponi quidem oportuit omnibus  
syllabis quæ neque acciuntur neque circunfle-  
ctuntur: sed ne tanta accentuum multitudo le-  
ctionem impeditret, vsus obtinuit vt in sola vlti-  
mā

timæ signetur, idque in ijs tantum dictionibus  
quæ, quum natura sint oxytonæ, in contextu ora-  
tionis ponuntur, vt ἡ ἀρετὴ τὸ δέον τέρπει. Ab hoc  
accentu dictione dicitur βαριωνέν, id est ad ver-  
bum, grauata.

Circunflexus inscribitur vel penultimæ vt  
Εօτε, vel vltimæ vt Εօ̄, à quo dictiones vocan-  
tur properispomenæ, vel perispomenæ, id est  
penultima vel vltima circumflexæ.

Temporum nullus est vsus in ε & ο, repertis η  
& ω. In ancipitibus autem α, ι, υ, negligun-  
tur maximo cum incommodo, inuectis in eo-  
rum locum tonis, sicut in Scholijs copiose osté-  
dimus.

Spiritus imponuntur Vocalibus omnibus,  
sed initio tantum dictionis. In consonantibus  
autem nullus est illorum vsus: omnes enim suo  
spiritu naturali contentæ sunt. Excipiuntur  
tantum quatuor, π κ τ & φ, quæ densiore ali-  
quando Spiritu efferuntur. Sed ex illis tres pri-  
mæ suos habent peculiares characteres. Ipsum  
autem φ quum dictionem inchoat, denso spi-  
ritu semper signatur, <sup>vt φάντω</sup>: in medio vero  
non item, <sup>vt χρῆμα, χερακτήρ</sup>. Si tamen ge-  
minetur, priori spiritus tenuis, posteriori den-  
sus inscribi solet, <sup>vt ἀφίλω</sup>. Dictione igitur denso  
spiritu notata, dicitur à Græcis δασιωνέν, id  
est densata, cui opponitur φιλωνέν, id est te-  
nuata.

SCHOLIA IN QVI BVS D I  
SPVTATVR DE GERMANA AC-  
centuum pronuntiatione.

*I C V T* prosodiacum, id est (*Vt Fabius ad S Verbum interpretatur*) accentum maxima est in pronuntiando utilitas, si quidem recte usurpentur, quamobrem etiam ab Hebreis Gustus translatitie vocantur: ita nihil aequè pronuntiationem corrumpit atque peruersus carum usus: de quo paucis mihi putavi aliquid dicendum. Itaque quod ad tonos pertinet (quo vocabulo etiam pro intentione vocis utitur Demosthenes in oratione τεσὶ σεφόνοι) quum reportos esse constet non ut longitudinem, sed ut altitudinem, & equalitatem, depressionem, circunductionem syllabarum metiantur, manifestus est eorum error qui cum alia specie accentuum, id est cum temporibus confundunt, ita ut quæcunque acuenda vel flexenda est syllaba eam producant: quæcunque deprimenta vel equalibet pronuntianda, eam corripiant. Ex quo fit vt in Greca oratione vel nullum, vel prouersus corruptum numerum intelligas, dum multæ breves producuntur, & contrà plurimæ longæ corripiuntur: vt pene præstiterit Greca vel Latina non legere, quam ita fide deprauare. Id autem quam verè dicam, poterit ex Greorum præfertim exemplis apparere, apud quos penultimæ quantitas sepe ab acuto tono discrepat, etiam quum longa est, contrà quam apud Latinos. Age igitur, primum Homeri versiculum ita pronunties vt vulgo solent,

Μηνιν αειδε θεα πυλια δεω αχιλλος  
Minin a i de thea pili i adeo achilios,

*Vt de*

*Vt de elongi* nihil dicam quatuor locis summa cum ex-  
cellētissimi & numerosissimi Poetœ iniuria, in i tenua  
issimam vocalē mutato, quis versum heroicum esse sen-  
tiet, in quo neque Spondcum, neque Daſtylum au-  
dias? Sequentem autem versum multo minus etiam  
percipias, quia non in Spondeum, sed in Daſtylum ca-  
det. Sic enim pronuntiant,

υ υ - υ - υ υ υ - υ υ  
οὐλομενήν η μυρί αχαιοις αλγέ εδηκεν  
oulomenin bi myri achæis alge ethicen

Age vero cum his Græcis duos etiam primos Aeneidos  
versus componamus, in quibus ingeniosissimus Poe-  
ta tanto studio est Homerum imitatus, vt (si unum  
pedem excipias, in quo etiam sonorum vocalium con-  
cursum voluit emulari) longas longis & breues bre-  
vibus oppofuerit: quod haud scio an a quoquam fit anis  
maduersum, quum tamen (ni fallor) caſu id factum vi-  
deri non posſit. Sic ergo pueri in ludis litterarijs hodie  
docentur pronuntiare, aut potius ineptissime cantare:

- υ υ - υ - υ υ υ - υ υ  
Arma virumque cano Troiae qui primus ab oris

v υ υ - υ - υ υ υ - υ υ  
Italianum fato profugus, Lauinaque venit  
Hac autem ineptissima pronuntiatione quis non sen-  
tiat grauiſſimos horum versuum numeros ita frangi, vt  
si duos ultimos pedes excipias, versus videri non pos-  
ſint. contrà vero si ita vt par est pronuntiaris;

- υ υ - υ υ - υ υ υ - υ υ  
Μηνιν αειδε θεα πυλια δεω αχιλλος  
Arma virumque cano Troiae qui primus ab oris

L 3 οὐλομε-

— u u — — o o — — o v — v

οὐλομένην καὶ μωρή αχαιοῖς αλγεῖ ἐγίγνετο

*Ita* λιαν *fa* to *profugus* *La* *uinaque* *venit*.

*Si hoc inquam modo pronuntiaris seruata syllabarum quantitate, etiam ut versus nō digeras in pedes, quis tamē ἀρστὸν & θετὸν non audiat, & suauissima horū versuum grauitate nō capiatur?* Certè non minus vitiū est ἐγίγνετο penultima breui, aut οὐλομένη penultima longa Græcè efferre, quam si Latinè dicas

— u u — v — v

*docere & legere,*

*ita* ut in illo *Dæctylus*, in hoc *Ampibibrachus* audiatur, & tamē ita pronuntiare consueimus. Iam verò in Iambicis versibus, praesertim Latinis, quis Iambum ullum percipiat & cuius tamen pedis repetitione tota eorū versuum venustas constat. Solent enim paedagogi vulgo ita suos erudire, ut in omnibus dissyllabis penultimā producant. Itaque sic recitant hunc *Catulli* versum,

v — — — v — v — — —

*Quis hoc potest videre, quis potest pati?*

Ego verò putidam istam pronuntiationem miror quenquam esse posse qui possit audire, qui possit pati. Et si autem hic error legendis versibus facilius percipitur, nibilo tamen est minor in oratione soluta: de cuius numero-  
sa cōpositione frustra apud Græcos Aristoteles, Dionysius, & alij doctissimi homines, frustra Cicero & Fabius apud Latinos præceperunt, si Tonos cū Temporibus confundamus. Quid igitur dices. Nempe hoc postulo, aut ratio potius ipsa flagitat, ut acutatur syllaba cui tonus acutus imponitur: & equabiliter aut depresso sono profertur quæ graue habet: partim acuantur, partim deprimentur quæ signantur circumflexo: sed ita ut quicunque modum

modum *Musici* solent in suo illo quinque linearum dia-  
grammate, & nos quoque in vernaculo nostro sermone) sole longæ syllabæ producantur, sole breues corripiantur, siue tolli, siue deprimenti, vel & equabiliter pronuntiari oportuerit. Tonorum enim & temporum quum diuersa sint officia, diuersum quoque usum esse par est. Negatamen nego, breui syllabæ temporis aliquid accedere quando acuto signo signatur, quantum scilicet necesse est in acuenda syllaba consumni. Sed ut minus sit brevis quam antea, minimè tamen consequitur habendam pro longa, sicut ab ijs haberí solet qui *Malus* arbore à *Malus* adie citio nō distinguunt: & Dominus perinde pronuntiant acsi *Dæctylus* esset, pro *Tribracho*. Item ut loga syllaba non acutatur, tamen longa esse non definit: quod non obseruant qui ex ἐθνεῖ *Dæctylū* constituunt. Rursum verò quanvis quacunque syllaba circumflexa sit, ea etiam natura longa sit, quia tamen multæ sunt syllabæ natura longæ que non circumflexuntur. Tonus circumflexus à tempore longo sic distingui debet, ut ille quidē altitudinem ac depressionem, id est circunductionem, hoc verò longitudinem solam metiat, id est ut circumflexa syllaba ita producatur, ut simul initio acutatur, deinde senzim deprimitur: sicut facere solet *Musici*, quum una syllabæ duas quas vocant breues, unam altiore, alteram depresso tribuant: cetera verò longæ, si quidem acuto signatae fuerint, tantum acuantur: sin autem graui, & equabiliter producantur. At enim dices, ista sunt per difficultia, & fortassis etiā & ἀδύνατa, ijs quidem qui diuersa pronuntiationi assueuerunt. Id ego verò fateor, & in meipso non inuitus agnoscō. Sed nihil vetat rectâ viam alijs ostendere, etiam ut illam ingredi non possis. Certè veritas mibi disimulanda nō fuit, ut paullatim meliora

probare & sequi condiscamus. Ergo, ut liberè dicā quod sentio, vel Tonos proſus ſublatos eſe velim tantisper dum deprauata illa pronuntiatio Tonorum pro tempore ribus emendetur (quum praefertim veteres conſet iſtos apices inſcribendo non vſurpare) vel nullam eorum rationem haberi. Cuperem autem in eorum locum alterum ex temporibus in tribus illis antcipitibus & i u ſubſtitui, & diligenter adnotari. Hoc ego, inquam, ut fiat ſua deo, quod nullam aliam veræ reſtituendæ pronuntiationis rationem habeam aut meliorem, aut promtiorem: paratus tamen de ſententia mea decadere, ſi quis certiora docuerit.

Tempora duo eſe diximus. Sed ex ijs alterutro tantum egemus. Rurſus autem syllaba que natura longa eſt, ab ea diſtingui debet que ſola poſitione longa exiſtit, id eſt iadiciro tantum quid duabus conſonantibus adiuncta ſit, quibus pronuntiatiſ neceſſe eſt moram interponi, ut in rōmītō producțior eſt penultima quā in rōmītē ſat. Praeterea pro qualitate conſonatiū que vocales ijs preceſidunt vel conſequuntur, inter longas aliae alijs longiores, inter breues aliae alijs breuiores reperiuntur. Sed hæc ſubtilius persequi, noſtri non eſt iſtituti. Admoneri tamen pueri debent & affueſiri, ut hæc omnia diſcrimina expeditè obſeruent, ſine quorum cognitione & uſu fieri non poſſe puto ut de numeris orationis recte iudicent, & magno cum fructu ſe ad virtutes aliorum initandas componant. Tanti eſt momen- ti iſta non neglexiſe, quibus alioquin nihil abieciunt videri poſſit.

Spirituum quoque alterutre videtur abundare, quamobrem etiam apud Latinos ſolus densus ſignatur, quem adſpirationem vocant, quaſi ſpiritus accessionem.

Itaque

Itaque quod in tribus illis adſpiratis litteris diximus, iterum eſt nobis repetendum, eos mihi quidem videri non ſatis recte facere, qui pro adſpirato vel deno ſpiritu aſperum, pro tenui vel lenem vel leuem ſpiritum dicunt. Neque enim reperti ſunt ſpiritus vel aſperitati vel lenitati ſuę (ut alij volunt) lauitati litterarum ſignificandę: ſed ut latitudinem pronuntiationis declarant, que quidem vel à copioso vel à raro ſpiritu proficiſcitur. Id autem vel ex eo liquet, quod hæc proſodia vocalibus eſt dicata, etiam quando adſpiratis litteris adiungitur, nempe φ χ θ ȝ, ut nonnulli volunt.

Vocales autem neque aſperae neque lenes dici poſſunt, ſed ſyllabæ, ex earum conſonantium natura, que vocali adiunguntur. Densæ tamen dici poſſunt, quan- doſciličet naturali illo ſuo tenuiſimo ſpiritu non con- tentæ, alijtum extrinſecus acceſſunt, ut iam quodammo- do tenuis ille ſpiritus duplietur. Quod ſi mihi diuinare licet, huius erroris duplex fuit occaſio. Vna, quod aſper ab adſpirato non multum videatur diſferre, ſi no- mina potius quā rem iſam conſideres: ut plane ſit probabile nonnullos iſta paronomafia fuifſe deceptos. Altera quod pro leui ſpiritu nonnulli lenem vel leuem legerunt, quod utrumque aſpero opponitur. Ego verò ex- iſtimo eos qui tenuem ſpiritum priuileuim vocarunt, eius naturam exprimere voluisse. Nam que ȝ i & ſunt, id eſt tenuia & exilia, illa quoque leuia ſunt: ſicut ē contrario que ſunt dacta, id eſt denſa & crassa, illa quoque neceſſe eſt ut grauiā exiſtant. Hæc autem ad aſperitatem vel lenitatem ſeu lauitatem, aut (ut nonnulli loquuntur) lauigationem ſancti nihil pertinent.

DE CETERIS NOTIS QVÆ  
partim inscribi, partim subscribi, partim  
adscribi solent.

Pinguntur & aliae notæ, quarum maximus est usus & necessaria cognitio, quanuis inter Prosodias non debeant numerari. Ex ijs INSCRIBUNTUR duæ, Apostrophus & Dialysis.

Apostrophus, id est auersio, Vocalium elisionem ostendit: & inscribitur ad latus litteræ eadem forma, qua tenuis spiritus: idque plerunque in fine, ut  $\pi\alpha\rho\delta'$  ἐμοδ̄, pro  $\pi\alpha\rho\delta\alpha$  ἐμοδ̄. interdū in initio vt  $\delta'$  ρεδ̄, pro  $\delta'$  αρεδ̄: & in medio vnius dictiōnis ex duabus compositæ, vt  $\tau\bar{\nu}\rho\gamma\delta'$  οὐρον, pro τὸ ἐργον. καὶ γάρ, pro καὶ ἐγώ. Habet autem hanc vim vt precedentem consonantem cui adharet, si tenuis sit, & proximè consequatur spiritus densus, mutet in adspiratam ἀνίσοιχον, vt καὶ ἑμέραν, pro κατὰ ἑμέραν. Idque etiam in duabus consonantibus coniunctis accidit, vt γύχθ' ὅλων, pro γύχτα ἑμέραν.

Dialysis, id est Dissolutio, duabus vocalibus distinctè pronuntiandis imponitur, dupli puncto signata, vt ἀιδίος, ἰδκωνος, ἰωάννης. tetra syllaba: ἴνσοδ̄ trisyllabum.

S V B S C R I B I T V R vna, quam σφεν̄ quasi Subunionem vocant, quod duo vocabula signif. in unum coactiſſe. pingiturque duabus in lon-

in longum porrectis lineolis medio quasi ypsif.  
lo coniunctis, ut μεθ̄ ἑμέραν, pro μεθ̄ ἑμέραν.

Adscribuntur quinque, nempe

Διασολὴ, id est Disparatio, tenuis spiritus figura, ad imam litteram, idque intra ipsum vocabulum, vt quum ὅ, τι relativum scribo ad vitandam homonymiam Coniunctionis ὅτι.

Στριγὴ τελεία, id est Punctum perfectū, quo ad imum ultimæ litteræ apposito, terminantur à græcis & Latinis periodi, vt significetur, perfecta iam sententia, quiescendum.

Στριγὴ μέση, id est Punctum medium, quo terminantur orationis membra qua græci κῶλα vocant. Medium autem vocatur, tum quia in media periodo & mediæ litteræ præcedenti adscribitur, tum etiam quod mediocriter quiescendum esse admoneat, nondum scilicet perfecto orationis ambitu. Latini minus propriè id significant uno puncto alteri imposito, hac figura:

Υποστριγὴ, sive ὑπεδιαστολὴ, id est Subdistin-  
ctio, qua distinguntur orationis Commata, que à Latinis Incisa nominantur. Adscribitur autem eadem nota qua Diafbole, sed diuerso situ, ultimæ scilicet Commatis litteræ, declaratque non tam quiescendum quam respirandum. Sed à plerisque Typographis hodie hæc nota etiam Colis distinguendis adhibetur.

Harum autem trium quibus periodos metimus, exemplum hoc esto ex Demosthene:

Πρῶτον μὲν , ὡς ἀγθρες ἀδικημάτοι τοῖς θεοῖς εἴ-  
χομεν πᾶσαι καὶ τάσσεταις ἄστυν εὑνοιαν ἔχων ἐγὼ διαλε-  
λῶ τῆτεπόλει καὶ πᾶσιν ὑπὸν . τοσαύτην ὑπάρξει μοι  
παρ ὅμηρον , εἰς τούτοιν τὸ ἀγῶνα.

*Ἐπεράτησις*, id est Interrogationis signum,  
quod apud Græcos pingitur tenuis spiritus no-  
ta puncto subscripta, hoc modo;

Parenthesis signum neque in Græcis neque  
in Latinis codicibus vetustis reperias : sed quæ  
intericiuntur , ea solent adhibita ut inque hy-  
postigme distingui.

Solet etiam ijs quæ *τεχνικῶς*, id est , ut Latini  
Grammatici loquuntur , materialiter accipiun-  
tur, linea imponi. Idque etiam usurpatur ad ea  
distinguenda quæ & appellativa & propria no-  
mina esse possunt. sed de his haec tenus.

*E R R A T A, S E D I N P A V.*  
*cissimis tantum exemplaribus com-*  
*missa, sic corrigito.*

*Pag. Verf.*

- 10. 23. Euripides.
- 29. 16. tur ex.
- 30. 22. præsertim
- 49. 1. sonant,
- 51. 28. θ. plebiscitum,
- 29. & θ. Prætorum,
- 52. 1. ῥωπίτωρι τῷ
- 53. 28. secundò
- 56. 17. diductis
- 59. penult. quidem
- 71. 9. titur: sed
- 81. 22. curant
- 84. 14. enim o intra
- 88. 25. Euripide
- 89. vlt. ciuitatem
- 91. penult. η;
- 99. vlt. Gallicæ
- 109. 19. paullò
- 113. 20. τις ὁς
- 24. βόστρυχός τις

*Pag. Verf.*

- 14. 16. Telepho , &  
Theodectæ Pha-  
felitæ eiusdem
- 123. 7. Persius
- 9. operæ
- 22. τάξις.
- 124. 15. nis καὶ Κρ
- 19. existit
- 142. II. moi,toi,soi.
- 12. μοι, σοι Doricè  
τοι, & θι,
- 143. 12. θυτωλέγουσιν.
- 144. penult. immittit
- 145. 18. dicitur: sic  
enim
- 146. 6. diphthongus
- 15. perpetuum
- 153. II. intrudimus?
- 154. 2. τὴν τομωτὴν
- 158. 5. à fin. lampron

B R V G I S F L A N D.

E X O F F I C I N A H V B E R T I G O L-

T Z I I . A N N O M . D . L X V .

I I I . N O N . I A N V A R .

A V R E A



S A E C U L I .



the same species of fish  
as those found in the  
lagoon, and the  
water is very clear.  
The water is  
very clear and  
the fish are  
very numerous.  
The water is  
very clear and  
the fish are  
very numerous.  
The water is  
very clear and  
the fish are  
very numerous.

